THE
PENNSYLVANIA
STATE UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT ;

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINERIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLV.

SYMEON THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT ;

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINERIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLV.

SYMEON THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

282
M582p
t.155

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNUS 1430

ΣΥΜΕΩΝ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SYMEONIS

THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI

OPERA OMNIA,

IASSII IN MOLDAVIA, ANNO 1683, *GRÆCE; LATINE VERO NUNC PRIMUM EDITA,*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

459015

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV, ANNUS 1430.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLV CONTINENTUR.

SYMEON THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPUS.

Notitia de Symeonis ætate, rebus gestis, scriptis, ex Leonis Allatii Diatriba de Symeonibus. Insunt : Symeonis Encomium auctore Eugenio Nomophylace, et Joannis Anagnostæ narratio de Thessalonica anno 1430 *ab Amurate capta.* col. 9

Notitia altera ex Fabricii Bibl. Gr. 17

SYMEONIS OPERA. *Ex editione Iassensi anni* 1683, *cujus titulus verbatim et lineatim recuditur.* 25

Dosithei, Hierosolymitani patriarchæ, Iassensis editionis curatoris, Præfatio duplex. 29

Symeonis Dialogus contra omnes hæreses. 33

De sacramentis. 175

De sacro ritu sancti unguenti. 237

De sacra liturgia. 253

De sacro templo et ejus consecratione 305

De sacris ordinationibus. 361

De pœnitentia. 469

De honesto et legitimo conjugio. 503

De sacro ritu sancti olei. 515

De sacra precatione. 535

De ordine sepulturæ. 669

Expositio de divino templo et de sacerdotibus ac diaconis episcopisque, ac de sacris stolis quibus horum quilibet induitur; necnon de divina missa, ubi singulorum quæ in illa divino ritu peraguntur, ratio redditur. Transmissa viris piis Cretensibus. 697

Expositio sacri Symboli. 751

Expositio de sacri Symboli vocibus et dictis, ex quibus Scripturæ locis collecta et adversus quos composita fuerint. 803

Articuli fidei Christianæ. 819

Responsiones ad Gabrielem Pentapolitanum. 829

De sacerdotio ad pium monachum quemdam. 953

(Sequebatur in editione Iassensi Marci Eugenici, metropolitæ Ephesi, Expositio ordinis liturgiæ ecclesiasticæ, quam invenies inter Ephesii scripta a nobis edita in tomo CLX.)

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

NOTITIA.

(Ex Leone Allatio in Diatriba *De Symeonibus.*)

—

De Symeone archiepiscopo Thessalonicensi hæc scripseram in opere meo de utriusque Ecclesiæ Consensione libro II, cap. 18, n. 13 : « Hoc eodem tempore florebat Symeon archiepiscopus Thessalonicensis. Vixit enim post Barlaamum, Acindynum, Palamam, Gregoram, Philotheum patriarcham, Nilum Thessalonicensem, Nicolaum Cabasilam, Nilum patriarcham Constantinopolitanum, Isidorum Thessalonicensem, quorum omnium ipse in Dialogo Ecclesiastico contra omnes Hæreses, et de aliis rebus ecclesiasticis meminit. Imo ipse in eodem Dialogo (1) ætatem suam prodit. Ἐξαιρέτως δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ταύταις περὶ αὐτῆς συνεγράψαντο, πνεύματι ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐκ Θεοῦ οἱ θεηγόροι, καὶ θεοφόροι, καὶ χριστοφόροι, καὶ ἔνθεοι ὄντες ἀληθῶς, ὅτε ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Κάλλιστος, ὁ τῆς βασιλευούσης γεγονὼς Νέας Ῥώμης ἐκ Θεοῦ πατριάρχης, καὶ ὁ σύμπνους αὐτῷ καὶ συνασκητὴς ὅσιος Ἰγνάτιος, καὶ βίβλῳ οἰκείᾳ συντεθείσῃ παρ' αὐτῶν πνευματικῶς τε καὶ θεοφρόνως, καὶ λίαν ὑψηλῶς ἐφιλοσόφησαν ἐν ρ' κεφαλαίοις, τῷ ἐντελεῖ ἀριθμῷ τελείαν τὴν περὶ ταύτης γνῶσιν ἐκθέμενοι. *Potissimum vero hac nostra ætate de vita monastica conscripserunt, Spiritu tanquam qui et ipsi ex Deo cum sint, Deiloqui et Deiferi, et Christiferi, et a Deo afflati vere existant, sanctus Pater noster Callistus, qui Regiæ urbis novæ Romæ ex Deo fuit patriarcha, et qui una cum ipso spirabat et exercitabatur confessor Ignatius, et libro peculiari ab illis composito, spiritualiter, divine, et excelse nimis philosophati sunt, centum capitibus, numero perfecto, perfectam de ea cognitionem tradentes.* Opus Callisti et Ignatii habetur in Bibliotheca Barberina sub hoc titulo (2) : Τῶν ἐν μονοτρόποις ἐλαχίστων Καλλίστου καὶ Ἰγνατίου τῶν Ξανθοπούλων μέθοδος καὶ κανὼν ἀκριβὴς, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἔχων τὰς μαρτυρίας περὶ τῶν αἱρουμένων ἡσύχως βιῶναι καὶ μοναστικῶς, περί τε ἀγωγῆς, καὶ πολιτείας καὶ διαίτης αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ ὅσων ἠλίκων ἀγαθῶν πρόξενος ἡ ἡσυχία καθίσταται τοῖς λόγῳ μετιοῦσιν αὐτήν. Διακέκριται δὲ ἡ παροῦσα τοῦ λόγου πραγματεία ἐν κεφαλαίοις ρ'. *Ignatii et Callisti Xanthopulorum methodus et regula exquisita, testimoniis Patrum comprobata de iis, qui eligunt vitam quietam et monasticam, et de vitæ instituto, ac ratione prædictorum, et quorum bonorum causa quies sit, iis qui secundum rationem eam amplectuntur. Opus divisum in capita centum.* P. Ἔδει μὲν ἡμᾶς κατὰ τοὺς θείους φάναι χρησμοὺς θεοδιδάκτους τυγχάνοντας. Et cum duo sint Callisti, alter sub Joanne Cantacuzeno, alter sub Manuele Palæologo, annos post fere quadraginta sex, in dubium verti posset, de quonam iste Callisto verba faciat : sed cum Nicolai Cabasilæ meminerit, qui sub Manuele florebat, necesse est eum de secundo Callisto, qui circa annum Domini 1406 patriarchatum regebat, sermonem habere. Quare ipse circa Joannis Palæologi tempora, vel paulo ante floruit, a Symeone seniore Thessalonicense post Isidorum, cujus ipse meminit, tertius : inter enim Isidorum et ipsum tantum recensetur Gabriel. Hinc colligitur, quantum hallucinetur Possevinus in *Apparatu*, qui immani anachronismo scribit, eum vixisse ante annos sexcentos, qui nonnisi ante annos centum octoginta, Possevini tempore, vixerat. In omnibus suis scriptis in Latinos injurius est, quos sæpe carpit, eorumque ritus cum Græcis comparans, insectatur. »

Et hæc quidem de eo tunc temporis breviter scripsi, nunc cum tempus locusque postulat, alia addam : præeatque illius elogium, quod Eugenius Nomophylax (qua id facultate egerit, dicent similis sortis homines) in Synodico Dominica Orthodoxiæ in Ecclesia Thessalonicensi recitari solito, appinxit.

Συμεὼν του ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ τῆς ἐκτός τε καὶ τῆς πνευματικῆς σοφίας πλήρους ὑπερφυῶς γενομένου, κἂν τῇ ἀσκητικῇ εἴτ' οὖν ἀγγελικῇ ἀγωγῇ τε καὶ πολιτείᾳ διαπρέψαντος, καὶ ταύτην εἰς ἄκρον κατωρθωκότος, τῇ δὲ κατὰ Χριστὸν ταπεινώσει τῇ τῶν ἀρετῶν κρηπῖδι κατὰ τὰς ἀψευδεῖς Δεσποτικὰς ἐπαγγελίας ἀνυψωθέντος, καὶ διὰ πράξεως ἀναβάν-

Symeonis beatæ memoriæ sanctissimi Thessalonicensis archiepiscopi, qui externæ et spiritalis sapientiæ super humanum captum repletus in ascetico, sive potius angelico instituto, et vitæ ratione excelluit, eamque cum summa virtute et laude perfectissime egit, et secundum Christum sui depressione, virtutum excellentia juxta divina promissa mentiri nescia exaltatus, per actionem in

(1) In libro *de sacra precatione*, cap. 293, p. 210 ed. Jassen. EDIT.
(2) Editum est in Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν. Venetiis 1782. Vide tomum nostrum CXLVII. EDIT.

Digitized by Google

speculationem ascendit, indeque ita annuente Deo, ut fax lucifera super candelabrum posita, et super excelsum montem ut clarissimus veritatis præco ascendens, dulcibus splendoribus suis, nempe instructionibus non propriam tantum hanc celeberrimam metropolim, sed universum etiam terrarum orbem solis instar illuminavit, et erga Deum et proximum amorem, si quis alius, ostendit, et sacris cantibus sanctorum choros, et ex propriis exornavit, quorum vitam æmulatus confecit: angelicis vero, venerandis, ac plane divinis moribus et totius statu hilari vere Deifer re et visu, et zelum fervidum Eliæ quispiam dixerit, propriis, avitisque Ecclesiæ dogmatibus, enutrivit, et diebus singulis suavi doctrinæ latice abunde irrigabat et sermonibus flexanimis ac jucundis et loquela melliflua universos, veluti Sirenum vi quadam, quæ verbis exprimi nequit, trahebat ad se, detinebatque; et antiquorum veluti signum et expressum simulacrum, et pietatis columnam, et virtutis regulam, et Christianæ vitæ typum, propriam vitam ostendere summo studio conatus est, hisque homines universos, qui aliter ac nos sentimus, de fide sentiebant, in stuporem et admirationem, et laudem et glorificationem magni rerum omnium Dei excitavit; memoria sempiterna.

A τος εἰς θεωρίαν, κἀντεῦθεν νεύσει Θεοῦ, ὡς φωσφόρου λαμπτῆρος ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθέντος, καὶ ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ὡς λαμπροῦ τῆς ἀληθείας κήρυκος ἀναβεβηκότος, καὶ ταῖς γλυκείαις μαρμαρυγαῖς, δηλαδὴ ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, οὐ τὴν ἰδίαν μόνον ταύτην τὴν περιώνυμον μητρόπολιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν δίκην ἡλίου καταυγάσαντος, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν, καὶ τὴν πλησίον ἀγάπην εἰς ἄκρον, ὡς οὐδεὶς σχεδὸν τῶν ἁπάντων ἐπιδειξαμένου, καὶ ᾠδαῖς ἱεραῖς τοὺς τῶν ἁγίων χορούς, καὶ οἰκοθεν καταστέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωκε, καὶ διήνυσε· τῷ δὲ ἀγγελικῷ καὶ σεμνῷ, καὶ θεοειδεῖ τῶν ἠθῶν, καὶ τῇ ἱλαρᾷ καταστάσει ὅλου τῷ ὄντι θεοφόρου, καὶ ὄντος, καὶ φαινομένου, καὶ ζῆλον ἐνθερμον Ἠλιού τις ἄρ' εἴποι τρέφοντος ὑπὲρ τῶν
B εὐσεβῶν, καὶ πατρικῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ καθεκάστην ἀφθόνως τῷ γλυκεῖ διδασκαλίας ἀρδεύοντος νάματι, καὶ τῷ τῶν λόγων ἐπαγωγῷ καὶ τερπνῷ, καὶ τῇ μελιῤῥύτῳ φθογγῇ πάντας ὥσπερ ἀῤῥήπῳ τινὶ Σειρήνων δυνάμει πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντος, καὶ παρακατέχοντος, καὶ τῶν παλαιῶν ὥσπερ ἐκμαγεῖόν τι, ἢ ἐπισφράγισμα, καὶ στήλην εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς κανόνα, καὶ Χριστιανικῆς πολιτείας τύπον τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀναδεῖξαι φιλονεικήσαντος, ἐκ τούτων τε τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας, καὶ τοὺς ἄλλως, ἢ ὡς ἡμεῖς φρονοῦμεν περὶ τὴν πίστιν δοξάζοντας εἰς ἔκπληξιν, καὶ θαῦμα, καὶ ὕμνον, καὶ δοξολογίαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ τῶν ὅλων κινήσαντος, αἰωνία ἡ μνήμη.

Annon bene lavit suum Æthiopem Eugenicus? Ex scriptis Symeonis, mentita et falsa esse, quæ ille de doctrina et eloquentia tradit, manifesto evincitur. Quis nobis in aliis eum vera dicere asseverabit? Fides suspecta est.

Et ut Thessalonicensium episcoporum series habeatur, exponenda sunt, quæ ex eodem Thessalonicensi Synodico exscripsimus, quæ sunt:

Isidori, beatæ recordationis sanctissimi archi-
C episcopi Thessalonicensis, qui instar splendidi sideris gregem suum hunc illustravit suis quotidianis doctrinis et admonitionibus, et æque atque bonus et primus pastor Christus, modis omnibus ovilis curam gessit et longas peregrinationes sustinuit, et quidquid divinum et saluti conducibile videbatur, et sermonibus edocuit, et operibus demonstravit, et vere iis qui ante eum et virtute, et doctrina conspicui fuere, rebus omnibus exæquatus est; perpetua memoria. Gabrielis beatæ memoriæ sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis, qui ab infantia ipsa Deo addictus fuit, et in monastico vitæ instituto primum locum occupavit, indeque veluti virtutis præmium curationem hujus urbis consecutus, multis operibus, et ad Deum
D precibus eam conservavit, et præ aliis, quibus spiritualibus donis enituit, mansuetudine et charitate condecoratus est, et paternum affectum semper erga spirituales filios commonstravit: perpetua memoria. Symeonis beatæ recordationis, etc., Gregorii beatæ recordationis archiepiscopi Thessalonicensis, qui et ante pontificatum inter primos ejusdem atque ille ordinis numera-

Ἰσιδώρου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ δίκην ἀστέρος λαμπροῦ τὴν ποίμνην αὐτοῦ ταύτην καταφωτίσαντος ταῖς καθ' ἡμέραν ἱεραῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, καὶ εἰσηγήσεσι· καὶ κατὰ τὸν καλὸν καὶ πρῶτον ποιμένα Χριστὸν τοῦ ποιμνίου πάντα τρόπον πεφροντικότος, καὶ μακρὰς ὁδοιπορίας ὑπενεγκόντος, καὶ πᾶν εἴ τι θεῖον, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἐνάγον καὶ λόγοις διδάξαντος, καὶ ἔργοις ἐνδειξαμένου, καὶ τῷ ὄντι τοῖς ἐπ' ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ πρὸ αὐτοῦ διαλάμψασιν ἐξισωθέντος τοῖς ὅλοις, αἰωνία ἡ μνήμη. Γαβριὴλ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ σχεδὸν ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένου, κἀν τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ τὰ πρῶτα σχόντος, κἀντεῦθεν ὡς ἀρετῆς ἔπαθλον τὴν προστασίαν τῆς πόλεως ταύτης ἀναδεξαμένου, πολλοῖς τε ἔργοις, καὶ ταῖς πρὸς τὸ θεῖον δεήσεσι ταύτην τηρήσαντος, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις, οἷς ἴσχε πνευματικοῖς χαρίσμασι, πραότητι καὶ ἀγάπῃ κεκοσμημένου, καὶ τὴν πατρικὴν εὔνοιαν ἀεὶ πρὸς τὰ πνευματικὰ τέκνα ἐνδεικνυμένου, αἰωνία ἡ μνήμη. Συμεὼν τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει, καὶ τὰ ἑξῆς. Habes supra. Tum sequitur: Γρηγορίου, τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἀρχιεπισκόπου

Digitized by Google

Θεσσαλονίκης, τοῦ καὶ πρὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐν τοῖς πρώτοις μὲν τῶν ὁμοταγῶν ἐνταῦθα τελοῦντος, τὸ δὲ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ πρότερον τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον καλῶς ποιμάναντος καὶ φυλάξαντος, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ταύτης εἰς τὸν ἱερὸν αὐτῆς θρόνον μετατεθέντος, καὶ μηδενὸς τῶν εἰς σύστασιν ταύτης ἡμελημένα, οἷς ἐδύνατο τρόποις, βαθμοί τε ἱεροῖς τὸν κλῆρον τοῦτον σχεδὸν πάντα τετιμηκότος καὶ αὖθις, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ πᾶσι πρὸς τὰς ἐπερχομένας ἀνάγκας καὶ βοηθοῦντος καὶ συνεργοῦντος ἀόκνως, καὶ τὸ ἀφιέναι πᾶσιν ἔργοις αὐτοῦ κατὰ τὸν θεῖον νόμον δεικνύντος, αἰωνία ἡ μνήμη. Νίφωνος τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου, τοῦ θειοτάτου, τοῦ μητροπολίτου Θεσσαλονίκης, ὑπερτίμου καὶ ἐξάρχου πάσης Θετταλίας, πολλὰ ἔτη. A tus, prius sibi concreditum ovile recte pavit et conservavit, post vero hujus urbis excidium, in sacrum illius thronum evocatus, nihil quod ad illum stabiliendum faceret, modo quo poterat, prætermisit, gradibusque sacris clerum hunc fere universum decoravit, rursumque publice et privatim in necessitatibus erumpentibus auxilia opemque ferebat diligenter, omnibus condonandum suis actionibus, ut divina lex præcipit edocebat: sempiterna memoria. Niphonis sanctissimi nostri Domini Metaphrastæ Thessalonicensis, Hypertimi atque Exarchi universæ Thessaliæ, multi anni.

Quæ de Niphone hic dicuntur erant postrema in illo codice et alia manu exarata, ut hinc colligatur eo ipso tempore Niphonis scripta fuisse, et præcipue cum multos annos precatur, non æternam memoriam, quod pro mortuis acclamatur, commemorat. In elogio Gabrielis in margine adnotatum erat Συμεών, *Symeon*, vel *Symeonis*: et si non fallit conjectura, Symeon iste, de quo verba facimus, illius auctor fuit, quemadmodum Symeonis elogium Eugenicus dictitavit. Vixit itaque Symeon ante captam ab Amurate Thessalonicam, et ante excidium illius urbis sex menses fato functus est: illi post captam successit Gregorius. Capta autem est Thessalonica ab Amurate anno ab orbe condito 6938, Christi 1430. Joannes Anagnosta oculatus rerum testis Narratione de postremo excidio Thessalonicensi: Ἐννάτην ἦγε καὶ εἰκοστὴν ὁ Μάρτιος τότε· ἔτος δὲ τριακοστὸν ὄγδοον πρὸς τῷ ἑξακισχιλιοστῷ ἐννακοστῷ ἐνεστήκει: *Diem aperiebat mensis Martius nonum et vicesimum anni sex millesimi nongentesimi tricesimi octavi.* Hinc videas, quantum fallatur *Historiæ politicæ* auctor apud Martinum Crusium et cum eo Leunclavius, Jacobus Pontanus Notis in protovestiarium et alii, qui Thessalonicæ oppugnationem ad annum Christi 1431 referunt. Alii majori anachronismo ad 32, primum Amuratis adventum cum urbem oppressit, cum secundo confundentes; post enim annos duos in eamdem rediit, et quidquid post expugnatam urbem beneficus Christianis concessit, hoc secundo maligne admodum pervertit et in pessimum statum res commutavit. Fuit Symeon animo virili, præsentique, qui nec præmiis oblatis ab Amurathe Thessalonicensibus, nec minis in eam sententiam duci potuit, ut Græci ejectis Latinis in deditionem Amuratis concederent, ideoque a malevolis acrius accusatus. Rem plurimus prosequitur idem Anagnosta, cujus, cum rarus sit nec omnibus obvius, verba licet prolixiora hic apponam.

Οὕτως οὖν ἡμῖν ἔχουσιν, ὅσαι τε ὧραι μυρία τὰ χαλεπὰ φέρουσι, καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπαγορεύουσι, κακὸν ἐξαίφνης ἐπῆλθεν ἕτερον. Τὸ δ' ἦν ἡ τοῦ καλοῦ ποίμνης, καὶ κατὰ τὸν πρῶτον ποιμένα τὴν ψυχὴν ἑφ' ἑκάστης ἀφειδῶς ὑπὲρ τοῦ ποιμνίου τιθέντος, κατὰ θεῖον βούλημα τελευτή· ἐν καλῷ μὲν ἐκείνῳ γεγενημένη, βλάβος δ' ἡμῖν ἐπενεγκοῦσα πολὺ, τῶν ἐκείνου λιτῶν πρὸς Θεὸν στερηθεῖσιν, αἷς ἐσωζόμεθα. Ὅτι οὐ κατὰ θείαν αὕτη βούλησιν ἦν, ἄκουε τοῦ φανέντος τῷ μακαρίῳ περιόντι κατ' ὄναρ ἐκείνῳ. Ἔδοξε πρὸ τοῦ τὴν πόλιν τῷ πολέμῳ ληφθῆναι οἶκόν τινα λαμπρὸν εἰσιέναι καὶ πάμμεγέθη, περισκοπεῖν τε αὐτὸν κατὰ μέρος, καὶ θαυμάζειν αὐτοῦ τό τε κάλλος καὶ μέγεθος. Ἐν τούτῳ δ' ὄντι φωνὴν ἔξωθεν ἐνεχθῆναι, λέγουσαν, « Ὁ μὲν οἶκος οὗτος, οὗ τὰ καθ' ἕκαστον, ὦ δέσποτα, ὡς λίαν λαμπρὰ καὶ ὡραῖα θαυμάζεις περιαθρῶν, πίπτει τὸ τάχος· καὶ ἵνα μή σε καλύψῃ πεσὼν, ἔξιθι τούτου ταχέως. » Οὕτως εἶχεν ἡ ὄψις· καὶ εἰς ἔργον ἦκεν οὐκ εἰς μακράν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ, ἵνα ἀναφανῇ δίκαιος, καὶ τῶν πολλῶν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καμάτων λάβῃ τὰς ἀντιδόσεις, εἰκότως οὕτω, καὶ πρὸ τῆς κοινῆς συμφορᾶς, πρὸς ὃν ἐπόθει Κύριον ἐξεδήμησεν. Οὐ γὰρ δίκαιον τοῦτο παρὰ Θεοῦ κέκριτο, τοιούτων ἵνα κακῶν πεῖραν σχῇ, καὶ κοινωνήσῃ τῶν B Cum itaque res nostræ ita se haberent, et singula momenta innumeras prope noxas inferrent, deque salute desperaremus, malum aliud repente irrupit, et validiorem adamante animum disjiciens, boni scilicet pastoris, et æque ac primus pastor quotidie profuse animam ponentis, divino consilio obitus, illi quidem fortunate succedens, nobis vero damna eaque ingentia importans, qui illius ad Deum precibus, quibus saluti nostræ providebatur, privamur. Et divino consilio illum contigisse conjicies ex illis quæ illi adhuc superstiti inter somniandum evenerant. Visus est sibi, antequam urbs bello concideret, domum præclaram et maximam ingresso, singulas illius partes inspicere, et decora, et magnitudinem magnopere demirari. His intentum vocem deforis advenientem inaudisse. « Domus hæc, cujus partes singulas illustres atque venustas consideraus admiraris, actutum concidet, et ne te sua ruina opprimat, quam cito foras eripe te. » Visum hoc effectu non multo post comprobatum est. Ille etenim, ut justus appareret, et virtutis suæ multorum laborum præmia referret, sic, uti par erat et ante commune infortunium ad Deum, quem tantopere concupiverat migravit. Neque enim justum apud Deum reputa-

Digitized by Google

batur, similium malorum eum participem fieri. Vita siquidem illius non erat aliis similis, et semitæ diversæ, ut cum Salomone loquar. Nos vero improbitate plane repleti, in cogitationibus cordis nostri pessimi ambulantes, ut Jeremias inquit, et perinde atque antiquus Israel, murmurantes, u nobis allubescit, rebus non succedentibus jure merito mala, et solida calamitate mactamur, et tali viro orbamur, qui solus afflictissimis hisce temporibus et in tantis rerum discriminibus solatium remanserat. Omnes siquidem eum, uti vitalem in nobis facultatem reputabamus, illius mortem tantummodo ducebamus adversus nos justissimæ Numinis punitionis exordium. Hoc eos redarguit apertissime, qui indigna dicta in eum ingerunt et infamia onerant, quod proditionem non suaserit, et quod eos propriis consiliis altius quidpiam meditantes in se, represserit. Opinor equidem ego, cum vellet Deus, ut omnibus innotesceret, quis vir ille sacer esset et quorum dignus, qui vero nos et quibus pœnis obnoxii, quibus miseriis juste excruciandi, id propter res utriusque, in rem utrique disposuisse. Itaque tam diro malo, obitu nempe illius adnexo et omnibus in civitate viris, mulieribus, pueris, Latinis, Judæis quoque ipsis miserandum in modum sermones conferentibus, et reliqua omnia, quæ eos tum affligebant, e memoria deponentibus, pastoris tantum privationem in mentem revocantibus et sæpe sæpius proferentibus, asserentibusque, ut jam innui, et non temere credentibus, indicium illud esse ea divinæ punitionis et subsecuti excidii, etc... Sed cum huc pervenerim, paucis compellabo hujus, alteriusve insimulatores. Ubinam eratis vos, cum hæc Murates offerret? Nonne in urbe, et vestris ea auribus usurpastis? Qua igitur ratione cogitatis usi non estis? Quare de quibus alios incusatis, quod non fecerint, vos ipsi occasione præmente et nullo impediente non perfecistis? Tam enim nullus pastor erat. Namque ante sex menses inter vivos esse desierat: neque diræ erant, nec alia, quæ vos recensetis et per digitos exacte numeratis. Quid igitur vobis impedimento fuit? aut cujus opus eventus? Nullius, quilibet respondebit, pie rem computans, quam nostræ improbitatis, quæ ab iracundia liberum Deum in iracundiam movit et ad nostri punitionem, qui incorrecte labimur, excitavit, ut ad nosmetipsos redeuntes in posterum sapiamus. Quod si quis ante acta tempora commemorans iterum nobis opponat, et Pastori causam appingat, qui dedere se volentibus, etiam sententia dicta contradixit, insanientis cogitationes suscipit. Primum enim non addecet pontificem rerum militarium jura, et hunc quidem tyrannorum more principatu pellere, illum contra in possessionem immittere, et mutationum et cædium, necnon damnorum, quæ dum rerum status immutatur, eveniunt, auctorem esse. Neque enim ipse in tyrannicum, sed in sacerdotale et mitis

A ἴσων ἡμῖν· ἀνόμοιος γὰρ ἦν τοῖς ἄλλοις ὁ βίος ἐκείνου, καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ τρίβοι, τὸ Σολομῶντος εἰπεῖν· ἡμεῖς δὲ κακίας γέμοντες· ὅλως καὶ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς. Τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ἱερεμίου, πορευόμενοι· καὶ κατὰ τὸν πάλαι γογγυσταὶ τυγχάνοντες Ἰσραὴλ, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιθυμίαν ἀπολαύειν ὅπως οὐκ ἔχομεν τῶν πραγμάτων, δικαίως οὕτω πεπράγαμεν δυστυχέστατα, καὶ τούτου τἀνδρὸς ἐστερήμεθα, μόνου περιλειφθέντος ἐν τοιούτοις καιροῖς καὶ τοσούτοις ἀνιαροῖς παραμύθιον. Πάντες γὰρ ὥσπερ τινὰ δύναμιν ζωτικὴν ἐν ἡμῖν ἐνομίζομεν τοῦτον, καὶ τὴν τελευτὴν ἐκείνου μηδὲν ἄλλο νομίζειν εἴχομεν, ἢ τῆς ἐφ' ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δικαιοτάτης παιδείας οἷον προοίμιον. Τοῦτο τῶν κατειπεῖν ἠρημένων ἐκείνου σαφέστατος ἔλεγχος, καὶ τοὺς ἀδικίαν κατ' ἐκείνου λαλοῦντας, ὅτι μὴ προδοσίαν ἐσκέψαντο, μηδὲ τῶν σφίσι δοκούντων συνιέντας βαθύτερον ἐνδίκως ἐπιστομίζει· οἶμαι γὰρ ἐγὼ, δεῖξαι βουληθεὶς ὁ Θεὸς, οἷος μὲν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ τίνων ἄξιος ἦν, οἷοι δ' ἡμεῖς, καὶ τίνας εἰσπραχθῆναι δίκας δίκαιοι ἦμεν, διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἑκάτερον μέρος οὕτως ὠκονόμησε συμφερόντως. Τούτου οὖν τοῦ δεινοῦ, τῆς τελευτῆς ἐκείνου φημὶ, προστεθεῖμένου τοῖς ἄλλοις, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει ἀνδρῶν, γυναικῶν, παίδων, Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων ἐλεεινῶς πρὸς ἀλλήλους διομιλούντων, καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ὅσα τούτους ἐπίεζε δηλονότι τῇ λήθῃ παραπεμπόντων, τὴν τοῦ ποιμένος δὲ στέρησιν ἐπὶ νοῦν λαμβανόντων, καὶ συνεχῶς προφερόντων, τῆς τοῦ Θεοῦ τε παιδείας, B ὡς προὔφην, καὶ τῆς γεγενημένης ἀλώσεως, καὶ λεγόντων σημεῖον τοῦτο, καὶ πιστευόντων... Et infra: Ἀλλ' ἐνταῦθα μικρὸν ἐρήσομαι τοὺς κατηγοροῦντας τοῦ δεῖνος, καὶ τῆς δεῖνος. Ποῦ ποθ' ὑμεῖς ἦτε, ὅθ' ὁ Μουράτης τὰ τοιαῦτα ὑπέσχετο; Οὐκ ἐν τῇ πόλει καὶ αὐτήκοοι τῶν κηρυττομένων; Πῶς οὖν οὐκ ἐχρήσασθε τῷ λογισμῷ; Πῶς δ' διανοεῖσθε οὐκ εἰς πέρας ἠγάγετε; Πῶς δ' τῶν ἄλλων κατηγορεῖτε μὴ πεπραχότων, ὑμεῖς οὐκ ἐπράξατε, καιροῦ κωλύοντος, καὶ τῶν ἀπειργόντων οὐκ ὄντων; τότε γὰρ ποιμὴν οὐκ ἦν· μῆνας γὰρ εἶχεν ἓξ γενόμενος ἐξ ἀνθρώπων· οὐδὲ ἀραὶ, οὐδ' ὅσ' ἕτερ' ἀπαριθμεῖτε. Τί λοιπὸν τὸ κωλῦσαν ἡμᾶς ἦν, ἢ τίνος ἔργον, ὅσα συμβέβηκεν; Οὐδενὸς πᾶς τις ἂν εἰποι λογιζόμενος εὐσεβῶς, ἢ C τῆς ἡμῶν ἁμαρτίας; ἑκάστου τὸν ἀόργητον εἰς ὀργὴν καθ' ἡμῶν κινησάσης, παιδείαν ἡμῖν ἐπενεγκεῖν, πταίουσιν ἀδιόρθωτα, ἵνα γοῦν ἑαυτῶν γενόμενοι καὶ τοῦ λοιποῦ σωφρονίσωμεν. Εἰ δέ τις τῶν πρὶν ἀπομνημονεύων χρόνων, καὶ πάλιν ἡμῖν ἀντιλέγῃ, καὶ τῷ ποιμένι τὴν αἰτίαν ἐπάγῃ, τοῖς προδεδόσθαι ἐθέλουσι μὴ τὰ ἴσα φρονήσαντι, καὶ βουλευσαμένῳ, μεμηνότος οἶμαι, κέκτηται λογισμούς. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ τοῦ σχήματος τοῦ ἀρχιερέως στρατηγικῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τὸν μὲν τυραννικῶς ἐξωθεῖν τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ ἀντεισάγειν, καὶ πραγμάτων, καὶ φόνου, καὶ ζημιῶν, τούτων δὴ τῶν ἐν ταῖς ἐναλλαγαῖς τῶν ἀρχῶν συμβαινόντων, αἴτιον δείκνυσθαι. Οὐ γὰρ ἐπὶ θρόνον αὐτὸν καθίζουσι τυραννικὸν, ἀλλ' ἐπὶ θρόνον ἱερατικὸν, καὶ δεσπότου

Digitized by Google

πραέος, καὶ εἰρήνην διδάξαντος, καὶ δεῖ τοῦτον ἐκ παντὸς τρόπου μιμεῖσθαι, καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν. Ἔπειτα τί ἐστιν ὅπερ εἴργαστο; ὅτι τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις ἐμμένειν παρῄνει, καὶ τὴν εὐσέβειαν συνεβούλευε μὴ προέσθαι; ὅτι μὴ κατεξανίστασθαι τῶν ἀρχόντων, ἀλλὰ τούτους, ὡς ἐκ Θεοῦ προβληθέντας, ἐδίδασκε στέργειν; Καὶ τί γε ἄλλο προσῆκεν ἐκείνῳ ψυχὰς ἀνθρώπων πρὸς Θεοῦ πιστευθέντι; Ὅμως ἐκεῖνος καὶ οὕτως ἔχων ἐφ' ἑκάστου σχεδὸν ἔτους ἠξίου τὴν πόλιν ἀπολιπεῖν καὶ πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην γενέσθαι· ἴσως ἵν' ἡμεῖς ὑπὲρ ἑαυτῶν φρονήσωμεν· ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἠνέχεσθε. Οὕτω γνώμης τινὲς τετυχήκεσαν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τὸ τρεπτὸν κεκτημένης, καὶ συμμεταβαλλομένης τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν.

A Domini, et qui pacem deprædicavit, cujus vestigiis insistere modis omnibus et dicta factaque sequi debet, solium promovetur. Deinceps quid ille molitus est? An quod in legibus divinis perdurare adhortabatur? Non a principibus desciscendum, quos veluti a Deo promotos exosculandum esse docebat? Et tamen in aliud incumbendum erat, cui mortalium animæ per Deum erant concreditæ. Nihilominus ille hoc modo dispositus fere singulis annis ab urbe recedere volebat et in patriam reverti, forte ut nos nostra accuraremus. Sed neque hac ratione passi estis. Ita mente nonnulli præditi sunt, quæ cum quolibet mutationem subiente sese immutat et variat.

Ilis Symeonis certissima tempora teneo. Capta est Thessalonica anno Domini 1430, Martii die nona et vicesima, Symeon e vivis excesserat ante sex menses, ergo præterito Septembri, qui primus anni Græcorum supputatione numeratur. Ergo sub Joanne Manuelis filio Manuele ipso, necnon Joanne Cantacuzeno vitam egit.

NOTITIA ALTERA.

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles., tom. XI, p. 328.)

Simeon, Thessalonicensis archiepiscopus (*a*), sexto mense ante captam a Murate a. C. 1430, 29 Martii, Thessalonicam (*b*) defunctus, varia scripsit, quibus et ritus et dogmata Ecclesiæ Græcæ illustravit insigniter, et oppugnavit Latinos. Itaque Nic. Comnenus, Græcus licet, Latinorum propugnator acerrimus, p. 215 Prænot. mystag., Simeonem *inter Photianos non Photianæ plane ignorantiæ participem virum* appellat, *et ni desipuisset in dogmatibus, nemini recentiorum theologorum imparem.* (*Fabr.*) Conf. Henr. Wharton et Rob. Gerius ad Cavei *Hist. litter. S. S. Eccl.* tom. II, p. 113 seq.; uterque citat quosdam codd.; prior autem scripsit, Sim. Thessal. claruisse a. 1410 et obiisse a. 1429, mense Sept., sex mensibus ante Thessalonicam ab Amurate iterum expugnatam: posterior autem prodit, eum claruisse a. 1418, et vita decessisse paulo ante captam suam metropolin, a. 1430. — Oudin. *Comment. de SS. Eccl.* tom. III, p. 2242 seq. ad a. 1410, qui multus est de ætate, potissimum de scriptis horumque codd. et ex aliis præcipue Lambecio et Goaro multa exscripsit. — Hamberger *Zuverlæss. Nachr.* tom. IV, p. 682 seq., ad a. mortis 1429, et Saxius in *Onom. litt.* part. II, p. 390 seq. qui, eum mortuum esse a. 1430, adjecit. (*Harl.*)

1. Præcipuum ejus opus est *De fide, ritibus et mysteriis ecclesiasticis*, quod integrum Græce lucem vidit Jassii in Moldavia a. 1683 fol., curante Dositheo, patriarcha Hierosolymitano, et merito laudatur ab H. Whartono in Auctario historiæ dogmaticæ Usserii de Scripturis et sacris vernaculis p. 440; et Rich. Simone in *Bibl. Selecta*, tom. I, cap. 29, pag. 237 seq. (*Fabr.*) Fabricius noster infra in vol. XIV, p. 49 seq. vet. ed. Simeonis Thessalonic. Opus ecclesiasticum, quod beneficio Maurocordati, Hungaro Walachiæ principis, acceperat, curatius et uberius descripsit, et capitum ejus elenchum et quædam specimina dedit. Auspiciis, ait, et sumptu Joannis ducis, labore Joannis Molibdi, Heracleensis, excusum, Græce lucem vidit Jassii in Moldavia a. 1683 fol. opus Simeonis hoc titulo: Συμεὼν τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης κατὰ αἱρέσεων, *et cætera quæ in fronte operis infra leguntur.*

(*a*) Eugenius Nomophylax in Synodico, Dominica orthodoxiæ in ecclesia Thessalonicensi recitari solito, apud Allatium, *De Simeonibus* (*supra*), ubi celebrantur Thessalonicæ archiepiscopi Isidorus, Gabriel, Simeon, Gregorius et Niphon. Etiam senioris Simeonis Thessalonicensis meminit Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, p. 865. Is est, qui Isidorum in archiepiscopatu Thessalonicensi antecessit.

(*b*) Joannes Anagnosta, in Narratione de capta Thessalonica, in Allatii *Symmictis*, p. 346 et 354.

Digitized by Google

Præmittitur volumini præfatio duplex Dosithei, patriarchæ Hierosol., in quarum posteriore (1) Simeon Thessalonicensis celebratur.

In prima præfatione, data Adrianopoli et' directa ad Joannem Ducam, Dositheus laudat hujusce curam ac benignitatem in promovenda Simeonis editione, publico bono demonstratam (2).

Hujus operis partes sunt : Ἑρμηνεία περί τε τοῦ θείου ναοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶν τε πέρι καὶ διακόνων καὶ ἀρχιερέων τε καὶ ὧν ἕκαστος τούτων στολῶν ἱερῶν περιβάλλεται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς θείας μυσταγωγίας λόγον ἑκάστῳ διδοῦσα τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων θείως καὶ τοῖς ἐν Κρήτῃ ζητήσασι ἀποσταλεῖσα, *de templo et missa*, quod Græce et Latine edidit Jacobus Goar, in *Euchologio*, pag. 212, 252 (3). Latine et minus sincerum Jacobus Pontanus, S. I. Ingolstad. 1603, 4, pag. 425 seq., in Append. Opp. Sym. Junioris theol. recusum in *Supplemento Bibliothecæ Patrum*, Morelliano Paris. 1039, fol. tom. I, pag. 865; et in Lugdunensi *Bibl. Patrum*, tom. XXII, pag. 767. (*Fabr.*) Item in Colon. *Bibl. Patr.* 1618. fol. vol. XII, part. 1, p. 741. — MS. *Vindob.* in cod. Cæs. CLXVI, n. 11, et in cod. 272, V. Lambec. IV, p. 390 seq. et V, p, 457 seq. Koll. — Ibid. in cod. 270, plura sunt Simeonis Thessal. scripta, n. 1 : *Dialogus ecclesiasticus et de sola vera fide, simul etiam de septem Ecclesiæ sacramentis, et de templo, rebusque et hominibus ad illud pertinentibus :* tum secundum Fabricii ordinem n. 2, 3-6 : *Precationes sacræ sex*(*a*), n. 7 codicis, et n. 8 cod. *Accurata dijudicatio legitimarum et illegitimarum nuptiarum, excerpta ex libro juridico Theodori Balsamonis;* de quibus copiose agit Lambec. V, pag. 451 seq. Kollar. — Ibid. p. 470, in cod. 282, Excerpta ex Simeonis Thessal. *monitis de vita ascetica, s. monastica.* Monac. in codd. Bavar. 58 et 286 *Expositio de divino templo*, etc. V. Hardt. in *Aretini Beytrægen*, etc. a. 1804, part. 1, p. 34, etc. s. Cat. mss. Gr. Bavar. pag. 43 et 44. — in cod. Harlei. 5630, opera quædam, quorum tamen tituli non indicantur in catal. mss. bibl. Harlei. Oxon. in codd. Barocc. 75, *De templo*, etc.; 107. *Expositio liturgiæ;* inc. Ἐξ ἀγάπης θείας. Et plura sim. scripta in cod. 294, nempe scc. ordinem Fabricii n. 1, 4, 5 ac 6, et *Epistola adhortatoria ad viam salutis*, etc. — *Explanatio liturgiæ* s. *missæ* est quoque Vindobon. in cod. Cæs. XIII, n. 6, et incipit : Προσήγετο δῶρα τῷ Θεῷ. V. Kollar. *Supplem. ad Lambec.* I, p. 129 seq., qui observat opus in hoc cod. esse multo copiosius, quam illud quod vulgavit Goar in *Euchologio* suo, pag. 212, et luce publica dignum. — *Taurin.* in cod. 65, in quo etiam est Sim. Thessal. *Dialogus contra hæreses*, etc. V. Cat. codd. Gr. Taurin. pag. 161 seq. — Paris. in Bibl. publ. codd. 1267 et 1281, *Expositio liturgiæ*, et in duobus posterioribus sunt quoque *Responsiones ad interrogata Gabrielis*, etc. Ibid. in cod. 1282, exstant varia Sym. Thessal. opera, quæ omnia lucem vidisse Iassii a. 1683, dicuntur, in Cat. mss. bibl. Reg. II, p. 274. — Sec. Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 478, bibl. Venet. in bibl. Grimana et pag. 623 B. in cod. Scorial. *De mysteriis Ecclesiæ.* — pag. 504 *A.* in bibl. Ambros. *Mediol. de sacramentis Ecclesiæ; de templo Dei*, etc., *De oratione; Responsiones ad interrogata sacerdotis cujusdam de rebus theologicis.* (*Harl.*)

Ἐκκλησιαστικὸς διάλογος κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῶν ἱερῶν τελετῶν τε καὶ μυστηρίων πάντων τῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲν αὐτοῦ ἴδιον κεκτημένος, ἀλλ' ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν καὶ τῶν Πατέρων ἐρανισθεὶς αὐτῷ καὶ συντεθεὶς κατὰ δύναμιν, ἀπολογίαν διδοὺς ἑκάστῳ τῶν κατὰ καιροὺς ἠρωτηκότων. *Dialogus adversus omnes hæreses*, in quo inter alia laudat clarum sua ætate Callistum Xanthopulum, qui a. 1395 fuit patriarcha CPolitanus, et Latinos hæreticis ascribit. Varia ex illo dialogo producit passim Allatius in suis scriptis, ut libro *De Simeonibus*, p, 185; *De ætate ordinum*, pag. 42 seq.; *De libris ecclesiasticis*, p, 7; *De purgatorio*, p. 100,

(*a*) Desunt in editione Iassensi. Earum titulos et initia Lambecius ita exscribit : « Septimo, et quidem a fol. 466, pag. 2, usque ad fol. 477 pag. 2 : *Ejusdem Symeonis archiepiscopi Thessalonicensis Precationes sacræ sex*, quarum prima *contra hostium Gentilium incursionem* inscribitur atque incipit his verbis : Τοῦ αὐτοῦ εὐχὴ κατ' ἐθνικῶν πολεμίων ἐν παντὶ καιρῷ ἀναγκαία τῆς αὐτῶν ἐπιθέσεως. Πάτερ, Υἱὲ, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὁ μόνος ἐν Τριάδι Θεὸς, ὁ ἀγαθὸς, ὁ ἐλεήμων, etc. Secunda in Encæniis templi beatissimæ Virginis Deiparæ τῆς Ἀχειροποιήτου sive non manufactæ : Εὐχὴ ἐπὶ τοῖς ἐγκαινίοις τοῦ θείου ναοῦ τῆς παναγίας Θεοτόκου, τῆς ἀχειροποιήτου. Λέγεται δὲ καὶ πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ τῆς Θεοτόκου, ἡνίκα μετὰ λιτανείας εἰσέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς, ὑπαλλάσσων μικρὸν τὰ περὶ τῶν ἐγκαινίων ῥήματα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, etc. Tertia ad beatissimam Virginem Deiparam in solemni supplicatione. Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐν λιτῇ γενομένη, Ἁγιωτέρα τῶν ἀγγέλων, ἐνδοξοτέρα τῶν ἀρχαγγέλων, etc. Quarta ad beatissimam Virginem Deiparam cujuslibet necessitatis causa : Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐπὶ πάσῃ αἰτήσει. Κεχαριτωμένη, εὐλογημένη, ὑπὲρ πᾶσαν τετιμημένη κτίσιν, etc. Quinta tempore terræ motus, siccitatis et famis et quarumcunque aliarum calamitatum : Τοῦ αὐτοῦ ἑτέρα εὐχὴ ἐπὶ σεισμῷ, καὶ αὐχμῷ, καὶ λοιμῷ, καὶ πάσῃ ἄλλῃ κακώσει. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν ἀγγέλων, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων, ὁ κτίστης τοῦ σύμπαντος, etc. Sexta ad Spiritum sanctum in festo Pentecostes : Εὐχὴ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Ἀγαθὲ καὶ ἀγαθότητος πηγὴ, ἅγιε καὶ ἁγιασμοῦ χορηγέ.

(1) *priore* Fabric., male. Edit.
(2) Duplicem Præfationem vide infra in fronte Operum Simeonis. Id.
(3) At hujus operis textus tertia parte auctior est in editione Iassensi. Id.

Digitized by Google

110, etc. Exstat mss. in Bibl. Cæsarea, Vaticana aliisque. (*Fabr.*) Add. modo memoratis codd. inter mss. codd. Paris. bibl. publ. a Sevino ex Oriente allatos, cod. 17, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 1031 *C.* et Mart. Crusium in *Turco-Græcia*, supra, in vol. VIII, pag. 96, sub fin. (*Harl.*)

De septem Ecclesiæ Sacramentis, quem librum Fridericus Metius Latinitate donavit, teste Possevino, sed non edita est ejus interpretatio : dialogum *De pœnitentia* Græce et Latine vulgavit Joannes Morinus in opere *De sacramento pœnitentiæ*, Paris. 1651 fol. et recuso Bruxell. 1685 et Venet. 1702 fol. p. 471-476, nec non περὶ τῶν χειροτονιῶν libellum *De ordinatione* in opere de sacris ordinationis ritibus Paris. 1655 fol. Bruxell. 1686 fol. Utraque ex Morini versione leguntur etiam in *Bibliotheca Patrum* edit. Lugd. tom. XXII, pag. 792 et 793. [Quosdam codd. jam paulo ante laudavi. Add. in cod. bibl. Escorial. *De Ecclesiæ sacramentis* capita 14 teste Pluero in *Itinerar. per Hispan.* pag. 190. — *Vindobon.* in cod. Cæsar. 13, n. 4, sunt quoque capita 14 Conf. Kollar. in Supplem. ad Lambec. qui pluribus, vel ex disertis nostri cod. verbis in fine contra Fabric. nostrum docet, illud syntagma nihil aliud esse, nisi partem magnam operis Sim. Thessal. ante memorati, s. *Dialogi eccles. contra hæreses :* quod etiam colligi potest ex ordine capitum in ed. Dosithei. Ex eo etiam cognoscimus, quæ, ab Allatio memorata, et a Fabricio pro ineditis habita, in illa editione lucem viderint. (*Harl.*)] — Laudant Simeonis de sacramentis Jeremias patriarcha CPol. in Responsionibus ad theologos Wirtenbergenses, Franciscus Turrianus ad *Constitutt. apostol.* Petrus Arcudius in *Concordia*, pag. 6, 7, 19, et passim ; Gabrielem quoque Severum Philadelphiensem plura ab eo mutuatum notans, pag. 10. Similiter Allatius in pluribus scriptorum suorum locis, ut *De consensu*, pag. 1139 seq., 1256, 1259, 1276, etc., de ætate ordinum, pag. 42 seq., 136 seq.

Cætera hujus Simeonis adhuc quod sciam inedita (1), ab eodem Allatio memorantur n. 193 seq. libro *De Simeonibus.*

2. Ἀπόκρισις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Πενταπόλεως κῦρ Γαβριήλ. *Responsiones ad interrogata sanctissimi metropolitæ Pentapolitani Gabrielis.* P. Ἔδει μὲν τὰς τοιαύτας τῶν ἐρωτήσεων ὑψηλοτέρας, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Responsiones sunt numero 85 (*a*). Legebantur in Palatina, et nunc in Vaticana, [et *Mosquensi*, cod. 389. V. Matthæi notit. etc., p. 248. (Harl.) Continent multa theologica, moralia et ecclesiastica, et essent maxime utiles, si ederentur.

3. Ejusdem : Περὶ ἱερωσύνης πρός τινα τῶν εὐλαβῶν μοναχῶν ἱερᾶς διακονίας ἠξιωμένων, ἔτι καὶ τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὸν τοῦ πρεσβυτέρου τελοῦντος τότε βαθμόν. *De sacerdotio ad quemdam pium monachum sacro ministerio insignitum, adhuc præsule in presbyteri ordine existente.* P. Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὲ καὶ γνησιώτατε ἀδελφὲ τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης. (*Fabr.*) ms. in cod. Baroc. 204, n. 13. In bibl. Bodlei. inter adversaria Ger. Langbaeni, ex Sym. Thessal. responsis de fine sæculi, et ex ejusd. quæstionibus de typicis Sabæ et Damasceni. V. Cat. mss. Angl. etc. I, p. 268. (*Harl.*)

4. Τοῦ αὐτοῦ Ἑρμηνεία συνοπτικὴ κατὰ δύναμιν εἰς τὸ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως τῶν Χριστιανῶν θεῖον καὶ ἱερὸν Σύμβολον. *Expositio compendiosa, uti potuit, in orthodoxæ et inculpatæ nostræ fidei Christianorum sacrosanctum Symbolum.* P. Περὶ τοῦ ἱερωτάτου Συμβόλου τῆς ἀληθοῦς καὶ μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως. Mosquæ in cod. synod. 81, 8. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 61, et p. 321, in cod. 39, in quo etiam sunt sequens opus, et *De articulis fidei.* (*Harl.*)]

5. Τοῦ αὐτοῦ Ἔκθεσις ἀναγκαιοτάτη περὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου ῥήσεων, ὅθεν συνελέγησαν, καὶ κατὰ τίνων αὗται συγκείμεναί εἰσι. *Expositio perquam necessaria sententiarum sacri Symboli, unde collectæ sunt, et adversus quos dictatæ.* P. Καλὸν ἐκθέσθαι, καὶ ὅθεν τὸ ἱερώτατον παρὰ τῶν θείων Πατέρων συνετέθη Σύμβολον. (*Fabr.*) Mosquæ in cod. synod. 279, 8. V. Matthæi l. c. p. 180. (*Harl.*)

6. Περιεκτικά, ὡς δυνατὸν, τῆς μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως κεφάλαια δώδεκα, ἅπερ τινὲς ἄρθρα καλοῦσι τῆς πίστεως, σαφέστερον συντεθέντα παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης Συμεών, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ θεῖον Σύμβολον, καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. *Continentia, ut fieri potuit, solam Christianorum fidem capita duodecim, quæ nonnulli articulos fidei nuncupant, clarius elucidata ab archiepiscopo Thessalonicensi Symeone; eaque comprehendere sacrum Symbolum, et de comprehensivis virtutibus.* P. Ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστις ὑπὲρ νοῦν οὖσα καὶ λόγον. (*Fabr.*) Mosquæ in cod. Synod. 279 8: V. Matthæi l. c. p. 180. (*Harl.*)

(*a*) Nonnulla ex his profert Allatius, lib. *De purgatorio*, pag. 31, 140, 214, et *Contra Hottinger.* pag. 8. Exstant etiam mss. in bibl. Bodleiana, codice Barocc. 91, e quibus locus adducitur ab Humfredo Hody in libro anglice edito : *The case of sees vacant*, pag. 86. (*Fabr.*) Item in cod. Barocc. 85. — Vindobon. in cod. 13, n. 5, sunt tantum responsa decem. v. Kollar. Supplem. pag. 128 seq. Integra sunt in cod. 170, n. 2. V. Lambec. 5, supra, ubi jam aliorum codd. mentio facta est, memoratum. (*Harl.*)

(1) Sequentia opuscula, sub num. 2, 3, 4, 5, 6, 7 memorata, jam ab annis plus centum edita prostabant cum Harlesius Fabricii *Bibliothecam* retractabat, de quo monere debuisset. Edit.

Digitized by Google

7. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὧν καινοτομοῦσι Λατῖνοι (1). *De iis, circa quæ Latini innovant.* P. Πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὴν πίστιν ἀποσφαλῆναι, καὶ προσθήκην θεῖναι τῷ ἱερωτάτῳ Συμβόλῳ.

8. Ejusdem plura referuntur ad leges et canones pertinentia a Manuele Malaxa in Nomocanone.

9. Canones etiam et hymnos in sanctos composuisse, ex Eugenio colligo : Καὶ ᾠδαῖς ἱεραῖς τοὺς τῶν ἁγίων χορούς, καὶ οἰκοθεν καταστέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωσε, καὶ διήνυσε. *Et sacris cantibus sanctorum choros, et ex propriis exornavit, quorum vitam æmulatus confecit.* Horum tamen ipse nihil vidi. Hactenus Allatius. (*Fabr.*) V. cod. Vindob. citat. n. 7 et 8. (*Harl.*)

[In cat. codd. Gr. Nanian. p. 151, n. 7. cod. 74, citantur Simeonis Thessalon. Oratio, quæ tamen auctorem habet Simeonem Mamant. (2) et supra numeratur n. 25 ; et p. 152. Opus ejusd. Sim. Mam. — Sim. Thessal. Oratio *in Assumptionem Mariæ*, Paris. in bibl. publ. Cod. 987, n. 7. (*Harl.*)]

λαλμ κατὰ τῆς ἀληθινῆς σοφίας, ἣν ἀλιεῖς τῷ κόσμῳ ἐκήρυξαν, οὐ σοφίᾳ λόγων, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ Πνεύματι θείῳ· καὶ τῶν τοῦ κόσμου σοφῶν ὑπερήρθησαν, ὡς καὶ οἱ Πατέρες ἐν χάριτι Πνεύματος θείου τοῦ Βαρλαὰμ ὑπερήρθησαν. Οὗτος ὁ δύστηνος Βαρλαὰμ καὶ πλεῖστα κατὰ τῆς ἱερᾶς προσευχῆς ἐβλασφήμησέ τε καὶ συνεγράψατο, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτός τε καὶ ἐλλάμψεως, τὸ, « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, » μὴ συνεὶς, μηδὲ δυνάμενος γνῶναι· πῶς γὰρ ὁ τῷ νοΐ ματαιάζων, καὶ τῷ ὑπερηφάνῳ ταῖς φαντασίαις τῆς διανοίας ἐνούμενος; μηδὲ τὸ, « Προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· » μηδὲ τὸ, « ἌΙδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, » καὶ ὅτι « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, » τὴν χάριν δηλονότι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, κράζον, « Ἀββᾶ ὁ Πατήρ· » καὶ, « Κρεῖσσον πέντε λόγους τῷ νοΐ μου ἐν ἐκκλησίᾳ λαλῆσαι ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. » Διὸ καὶ τὴν νοερὰν προσευχὴν ἀπηγόρευε, καὶ μάλιστα τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Κυρίου. Ὃ δὴ καὶ ὁμολογία τοῦ Πέτρου, τὸ, « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » κηρύξαντος. Καὶ τοῦ Κυρίου παράδοσίς ἐστιν, « Ὅ τι ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, » λέγοντος, « λήψεσθε. Καὶ, « Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· » καὶ τὰ λοιπά. Ἐπεὶ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι. « Ταῦτα » γάρ, φησίν, « γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. » Καὶ Πνεύματος ἁγίου παρεκτικὴ ἡ ἐπίκλησις Χριστοῦ. « Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, » φησί· καὶ μυρία τὰ ὑπὲρ τούτου. Ὁποῖα δὲ ὁ ἐσκοτισμένος κατὰ τοῦ θείου φωτὸς ἐλάλησε, σκοτεινά τινα καὶ ζοφώδη καὶ πόρρω καὶ ἐναντία τῆς ἀνεσπέρου ἐκείνης φρυκτωρικῆς τε καὶ θείας ἐλλάμψεως, ἧς καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ φαεσφόροι χοροὶ ἀκορέστως μετέχουσι καὶ εὐφραίνονται· ὅτι καὶ ἀπόλαυσις τούτοις ἡ θεία λαμπρότης, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ καθαροὶ τὴν καρδίαν μετέχουσιν. Ἐπεὶ γὰρ κατὰ τῶν ἱερῶς ἡσυχαζόντων κινούμενος ἦν ὡς ἄλλο δαιμόνιον, βασκαῖνον τοῖς ἀναχωροῦσι τῶν ἐν θορύβοις, καὶ Θεῷ μόνον σχολάζειν ἐπιθυμοῦσιν, οἷς καὶ πλεῖστα πολλάκις οἱ πονηροὶ καὶ φθονεροὶ καὶ κατάρατοι δαίμονες ἐπῆγον τὰ θλιβερὰ, καὶ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ ἐνθέου φωτισμοῦ πλάνας ἐπῆγον αὐτοῖς, εἰς ἄγγελον φωτὸς οἱ σκότος ὄντες μετασχηματιζόμενοι, ἀπαγαγεῖν τῆς καλῆς αὐτοὺς προθυμίας βουλόμενοι, καὶ τοῦ μετὰ Θεοῦ εἶναι ὡς αὐτοὶ πόρρω γεγόνασι τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἀνθρωπίνη φύσις καὶ τὸ ὑλικὸν τῷ σώματι κεκτημένη ὑπεράνω τῆς ἀΰλου ἐκείνων γένηται φύσεως· φθονερὸν γὰρ ὑπερηφανίᾳ τὸ δαιμόνιον φῦλον, δι' ἣν καὶ Θεοῦ ἠστόχησαν, καὶ οὐρανόθεν ἐρρίφησαν, καὶ ἀεὶ φθονοῦντές εἰσι τοῖς τῷ Θεῷ προσκολλᾶσθαι διὰ μονώσεως καὶ καθάρσεως καὶ προσευχῆς βουλομένοις· ὅθεν καὶ μυρίας ἐπάγουσι τοῖς ἀγωνιζομένοις τὰς ἐπηρείας, καὶ ὡς εἰρήκαμεν, εἰς ἄγγελον φωτὸς οἱ σκότος τελοῦντες,

Digitized by Google

καὶ ὡς ἀστραπὴ πεσόντες ἀπ' οὐρανοῦ, μετασχηματίζονται, ἵν' ἀπατήσωσί τινας. Καὶ ὁ Βαρλαὰμ οὗτος, ὡς ἄγγελος τελῶν ἐκείνων, σκοτεινὸν φῶς ὑποχρινόμενος, κατὰ τῶν ἰσαγγέλων θείων ἀνδρῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου φωτὸς ἀντετάξατο. Καὶ ἀκολούθως, ὡς ἔδει αὐτοῖς, τοῦτο διενοήθη τε καὶ διεπράχθη τοῖς δαίμοσι, καὶ τὸν μύστην τούτων αὐτοῖ κατὰ τοῦ θείου φωτὸς καὶ τῆς μακαρίας τῶν ἀγγέλων ἐλλάμψεως, οἱ σκότος γεγονότες τε καὶ λεγόμενοι, τὸν ἴσα τούτοις ἐσκοτισμένον κεκινήκασιν ἀνοήτως. Ἐπεὶ οὐδὲ ἴσασί τί τὸ φῶς ἐκεῖνο, μὴ τούτου μετέχοντες, πόῤῥῳ δὲ μᾶλλον ὄντες, καὶ εἰς τὸ ἐξώτερον σκότος **52** παραπεμπόμενοι σὺν τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς, τοῖς καὶ ὑπ' αὐτῶν κινουμένοις· ὃς καὶ δυσσεβῶς ἢ μὴ εἶναι θείαν ἔλλαμψιν ἐφθέγξατο, ἢ εἴπερ ὅλως ἐστί, φύσιν εἶναι ταύτην Θεοῦ, (βαβαί!) τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀλήπτου, καὶ ἀπροσίτου. Καὶ πάλιν στρεφόμενος, ὡς ἀληθῶς ὢν παράφρων, « Εἰ ὤφθη φῶς, φησὶν, ὁρατὸν ἦν, καὶ εἰ ὁρατὸν, οὐ Θεός· καὶ εἰ ἐπαύσατο ὁρᾶσθαι, μηδὲ δύνασθαι εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο φάσμα τι εἶναι τοῦτο. Εἰ δ' ἀληθῶς ἐστιν ἔλλαμψις, κτίσμα εἶναι κατὰ καιροὺς συνιστάμενον, γινόμενόν τε καὶ ἀπογινόμενον, τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ νοητὴν ἔλλαμψιν κτιστὴν εἶναι, ἢ μηδαμῶς εἶναι δογματίζων ὁ δυσσεβής. Ἐν αἷς δήπερ ἀσεβείαις καὶ ἀτοπίαις καὶ διάδοχον ἑαυτοῦ τὸν δύστηνον ἐκεῖνον ἔσχεν Ἀκίνδυνον· καὶ ἔτι Δεξιόν τινα, τὸν τῆς ἀριστερᾶς μερίδος· καὶ Ἀργυρὸν τὸν ἰοῦ μεστὸν, τὸν καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον τῆς Ἑλλήνων φλυαρίας πλουτήσαντα· καὶ πρὸ αὐτῶν Γρηγορᾶν ἐκεῖνον τὸν ἀποστάτην· οἳ καὶ τὴν χάριν καθάπαξ ἠθετήκασι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν φυσικὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐξηρνήσαντο, μηδεμίαν δύναμιν προσεῖναι λέγοντες τῷ Θεῷ, μηδὲ δωρεάν τε καὶ χάριν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν, ἀπεναντίας τῷ Εὐαγγελίῳ τε καὶ τοῖς λόγοις καὶ πράξεσι τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ τῷ λοιπῷ χορῷ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων βαίνοντες. Οἳ πάντες ὁμοῦ αὐτὸν μὲν τὸν Κύριον τὸν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σαρκωθῆναί φασι, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι, κατὰ ἀλήθειαν μένοντα Θεὸν, καὶ ἀναλλοίωτον ὄντα· ἡμᾶς δὲ μὴ Θεὸν ἀνυποστάτως δέξασθαι καὶ κατὰ φύσιν ἑνωθῆναι. Ἐν γὰρ ἐκεῖνο τὸ πρόσλημμα, ὅπερ προσείληφεν ἑαυτῷ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Λόγος, καὶ ᾧπερ ἄκρως ἡνώθη, καὶ ἀδιαίρετον τούτου μένει ὡς καὶ ἀσύγχυτον. Ἐπειδήπερ ἑκάστη φύσις τὰ ἴδια κέκτηται, ἡ θεία τὰ θεῖα, ἡ ἀνθρωπίνη τε τὰ ἀδιάβλητα τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἐν ἐκείνῃ μὲν τὸ ἀπερίγραπτον, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀεὶ ὄν, καὶ τὸ παντοδύναμον, ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ δὲ τὸ περιγραπτὸν, τὸ ὁρατὸν, τὸ ψηλαφητὸν, τὸ ἀλλοιοῦσθαι, τὸ ἄρξασθαι· Διὸ δὴ καὶ σεσαρκωμένος ὁ Λόγος ἐωρᾶτο, καὶ ἐψηλάφᾶτο, καὶ ἔπασχε, καὶ ἔθνησκε, καὶ ἀνίστατο, οὐ τῇ φύσει τῆς θεότητος, τῇ δὲ φύσει τοῦ σώματος. Ὅθεν καὶ ὁ ἠγαπημένος φησὶν, « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἑωράκαμεν, ὃ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, » περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς·

tem Barlaam, ut angelus ex istis ordinibus, lucem tenebrosam referens, adversus viros divinos angelis similes ipsamque divinam lucem obstitit, eademque ac dæmones illi, ut necesse erat, machinatus tentavit, qui, cum tenebræ sint atque dicantur, eisdem tenebris caligantem animum invisibiliter movebant his erroribus imbutum, adversus divinum lumen faustamque angelorum illustrationem. Verum cum nesciant quid sit illud lumen a quo nedum illius facti sint participes, longe potius recesserunt in tenebras exteriores immissi cum consortibus suis animisque quas duxerunt, ille effutiens impie cantabat vel divinam non esse illustrationem, vel si prorsus sit, illam esse, proh! naturam Dei invisibilis et incomprehensibilis atque inaccessibilis. Rursumque conversus, cum vere insaniat, si lumen apparuit, aiebat, visibile erat, si vero erat visibile, Deus non erat, insuper si ab oculis evanuit, non tamen esse desiit, hoc erat phantasmati simile. Vera autem illuminatio creatura est pro temporis opportunitate constituta quæ modo fit et modo desinit, ille vero impius falsa spargens dogmata, gratiam Dei spiritalemque illustrationem aut conditorem esse aut nullatenus esse asserebat. In quibus impietatibus et ineptiis successorem habuit nequissimum Acindynum, et insuper Dexium quemdam qui ad sinistram partem declinavit, et Argyrum veneno plenum qui admodum erat ditatus prava Græcorum nugacitate, et ante illos Gregoram famosum apostatam, qui gratiam Dei penitus negaverunt, ipsamque ejus nativam potentiam et operationem abnuerunt, dicentes nullam Deo inesse potestatem, neque donum neque gratiam ab ipso prodire, adversus Evangelium, sermonesque et actus discipulorum Christi reliquumque chorum sanctorum Patrum nostrorum ambulantes. Qui omnes simul ipsum quidem Dominum Filium Dei unigenitum Verbumque dicunt in propria persona incarnatum fuisse hominemque factum esse, manentem in veritate Deum et in immutabilitate perstantem; nos vero nequaquam Deum secundum substantiam accepisse neque secundum naturam adunatos esse; unum enim erat illud quod sibi assumpsit Verbum Dei unigenitum, et cui arcte conjunctum est, a quo manet indivisibile sicut et inconfusibile. Cum cuique naturæ sua sint, divinæ divina, humanæ humana, vitiis exceptis, et in illa quidem incircumscripta immensitas, incomprehensibilis infinitas, immutabilitas, æternitas et omnipotentia; in humana autem esse circumscripta, visibilis, tactilis, mutabilis, et incepisse, quapropter incarnatum Verbum visum fuit et contrectatum passumque et mortuum, atque resurrexit, non divina equidem sed humana natura; unde dilectus ait discipulus: « Quod fuit ab initio, quod perspeximus, vidimus oculis nostris, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ, et vita manifestata est; et annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, et ap-

Digitized by Google

parumnobis. » Hic est igitur verus Deus et vita æterna Jesus Christus solus, perfectus Deus de Deo, Verbum et Filius unigenitus a Patre vere incarnatus, et perfectus homo factus est propter nos homines, idem Deus idemque homo in una persona, unus idem in duabus naturis et voluntatibus ac operationibus cognitus; et, idem erat miracula faciens, et pedibus incedens, et esuriens et vescens, et panes multiplicans, et dormiens, et motos cohibens ventos, et mortuos resuscitans, et ipse mortuus utpote mortalis, et signatus in monumento, et suum ipsius corpus a morte erigens, et post resurrectionem tactus, et clausis januis ingressus, perinde ac a sepulcro sigillis minime fractis exierat; cum idem simul esset Deus et homo, illud quidem prius, istud vero posterius, alia quidem ut homo patiens, alia autem ut Deus efficiens, propterea ille solus Deus est et nemo alius, etsi fuerit incarnatus, illiusque solius secundum naturam. Pater est Pater qui super omnia Deus est, noster autem secundum gratiam. Qui ejus est Deus propter nos, quoniam primitias naturæ nostræ assumpsit, noster vero Deus, utpote creator noster, cum creaturæ simus, non autem filii. Filii quidem et nos sumus, sed per adoptionis gratiam, eximia benignitate Filii secundum naturam nobis adunati, atque adeo prout gratiæ participes sumus, quoniam ipse quidem cum sit natura Filius, secundum naturam habet quæ sunt Patris et Spiritus, et quemadmodum ipsis communis est unaque natura, ita communis est potentia donaque communia. Corpus vero arcte nobis conjunctum omnia habet quæ secundam naturam sunt Verbi a quo assumptum est universaque Patris et Spiritus charismata, cum a Verbo sejungi nequeant, et propterea Christo inest omnis plenitudo divinitatis. In nobis autem dona sunt secundum partem et analogiam, nam ex plenitudine ejus omnes nos accepimus et gratiam pro gratia majorem, quippe pro umbra lucis veritatis lucem accepimus. Et hæc erat lux vera quæ illuminat hominem venientem in hunc mundum, Christus Jesus Deus noster qui dicit: « Ego sum lux mundi; » et: « Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, » qui secundum nos factus, ut nos duplicis substantiæ sanctificaret, mysteria adhibuit, et dupliciter nobis largitus est gratiam. Primum quidem baptismum dedit donorum principium, deinde vero unguentum per oleum et impositionem manuum, dona gratiarum et prophetiæ, apostolatus, prædicationis et sacerdotii per impositionem manuum, per adventum et stationem Spiritus in linguis igneis, operationes virtutum, interpretationes et linguarum varietates; atque ministerii charismata pluraque alia munera ineffabilia quæ omnia sunt ejusdem et unius sancti Spiritus operationes. Quamobrem diversa sunt charismata et in multis operantia, et alii quidem istud, alii autem aliud datur,

καὶ. « Ἡ ζωὴ ἐφανερώθη. » Καὶ, « Ἀπαγγέλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. » Οὗτος τοίνυν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος, τέλειος ὢν Θεὸς ἐκ Θεοῦ Λόγος, καὶ Υἱὸς μονογενὴς ἐκ Πατρὸς, ἀληθῶς ἐνανθρώπησας, καὶ τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, ὁ αὐτὸς Θεὸς ὢν καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει, εἷς ὁ αὐτὸς ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι καὶ θελήσεσι καὶ ἐνεργείαις γνωριζόμενος. Καὶ ὁ αὐτὸς ἦν θαυματουργῶν, καὶ πεζοπορῶν, καὶ πεινῶν καὶ τρεφόμενος, καὶ πληθύνων τοὺς ἄρτους, καὶ κοιμώμενος, καὶ ἱστῶν κινήσεις ἀνέμων, καὶ ἀνιστῶν νεκροὺς, καὶ θανατούμενος ὡς θνητὸς, καὶ σφραγιζόμενος ἐν μνήματι, καὶ ἀνιστῶν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα, καὶ ψηλαφόμενος μετὰ τὴν ἔγερσιν, καὶ εἰσιὼν κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, ὡς καὶ ἐξῆλθε τοῦ τάφου μὴ διαλυθεισῶν τῶν σφραγίδων. Ἐπεὶ καὶ Θεὸς ἦν, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, τὸ μὲν προὼν, τὸ δὲ ὕστερον γεγονὼς, καὶ τὰ μὲν πάσχων ὡς ἄνθρωπος, τὰ δὲ ὡς Θεὸς ἐνεργῶν. Διὰ τοῦτο ἐκεῖνος μόνος Θεός ἐστι, καὶ οὐδεὶς ἄλλος, εἰ καὶ ἐνηνθρώπησε. Κἀκείνου μόνου τῇ φύσει Πατὴρ ὁ Πατὴρ, ὁ καὶ ἐπὶ τῶν πάντων Θεὸς, ἡμῶν δὲ κατὰ χάριν. Ὃς καὶ Θεὸς αὐτοῦ δι' ἡμᾶς, καὶ ὁ προσεληφὼς πρόσλημμα, τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπαρχὴν, καὶ Θεὸς ἡμῶν ὡς δημιουργὸς ἡμῶν, κτισμάτων ὄντων ἡμῶν, καὶ οὐχ υἱῶν. Εἰ δὲ καὶ υἱοὶ ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ θέσιν καὶ διὰ τοῦ κατὰ φύσιν **53** Υἱοῦ ἡμῖν ἐνωθέντος ἄκρᾳ χρηστότητι. Τοίνυν οὕτω καὶ κατὰ τὸ μετέχειν ἡμᾶς τῆς χάριτος· ὅτι αὐτὸς μὲν οἷα φύσει Υἱὸς, κατὰ φύσιν ἔχει τὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ κοινὴ αὐτοῖς ὡς καὶ ἡ φύσις καὶ μία, καὶ ἡ δύναμις καὶ δωρεά· καὶ τὸ σῶμα δὲ τὸ ἄκρως ἡνωμένον αὐτῷ πάντα ἔχει τὰ τε κατὰ φύσιν τοῦ Λόγου τοῦ προσειληφότος αὐτὸ, καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Πνεύματος τὰ χαρίσματα, ἀχωρίστων ὄντων τοῦ Λόγου. Καὶ διὰ τοῦτο πᾶν τὸ πλήρωμα ἐν τῷ Χριστῷ τῆς θεότητος· ἐν ἡμῖν δὲ μερικὰ καὶ ἀνάλογα τὰ δωρήματα καθόσον δυνάμεθα. Ἐκ γὰρ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος· μείζονα. Ἀντὶ γὰρ τῆς σκιᾶς τοῦ νόμου τὰ τῆς ἀληθείας ἐλάβομεν. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ λέγων, « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Καὶ ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Ὃς καὶ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ἵν' ἁγιάσῃ ἡμᾶς διπλοῦς ὄντας, καὶ μυστηρίων ἐδεήθη. Καὶ διπλῶς ἡμῖν τὴν χάριν ἐβράβευσε· καὶ βάπτισμα μὲν ἀπαρχὴν δωρημάτων δέδωκεν, ἔπειτα μύρον, ἔλαίῳ τε καὶ τῇ ἐπιθέσει τῶν χειρῶν, καὶ δωρήματα ἰαμάτων καὶ προφητείας, καὶ ἀποστολῆς, καὶ κηρύγματος, καὶ ἱερωσύνης, ἐπιθέσει χειρῶν, καὶ ἐπιδημίᾳ καὶ ἐπικαθίσει Πνεύματος διὰ πυρίνων γλωσσῶν, καὶ ἐνεργήματα δυνάμεων, καὶ ἑρμηνείας, καὶ γλωσσῶν διαφορὰς, καὶ διακονιῶν χαρίσματα, καὶ πλείστας ἄλλας ἀμυθήτους δωρεὰς, ἃ πάντα εἰσὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ἁγίου Πνεύματος ἐνεργήματα. Καὶ διὰ τοῦτο διάφορα καὶ τὰ

Digitized by Google

χαρίσματα, καὶ ἐν πολλοῖς ἐνεργούμενα. Καὶ ᾧ μὲν δίδοται διὰ τοῦτο, ᾧ δὲ ἐκείνῳ, ὡς Παῦλός φησι, λέγων, « Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεῖαι, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεῖαι γλωσσῶν. Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἑκάστῳ ἰδίᾳ καθὼς βούλεται. Διότι καὶ ἓν μὲν αὐτό, διαιρεῖ δὲ ἑκάστῳ τὰ χαρίσματα, καθὼς βούλεται. » Καὶ Παῦλός φησιν· « Ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. » Καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ὁμοίως· « Ἓν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. »

quemadmodum ait Paulus dicens : « Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum ; alteri fides in eodem Spiritu ; alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum ; alii genera linguarum ; alii interpretatio sermonum ; hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult : » ideo ipse quidem unus est, dividit autem singulis prout vult. Dixit etiam Paulus : « Nobis vero unus est Deus et Pater omnium, unusque Dominus Jesus Christus, » et similiter de Spiritu : « Unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult. »

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Κατὰ Λατίνων, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα.

Ὅθεν φανερόν ἐστιν, ὡς ἓν μὲν τὸ θεῖον Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς τοῦ Πατρός. Ἓν τὸ Πνεῦμα ὡς ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ, ὡς καὶ εἷς ὁ Κύριος καὶ Μονογενής, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς γεννητῶς ἐστιν ὁ Υἱός. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ δυνατὸν τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐκ δύο ἔχειν τὴν ἀρχήν, ὡς οἱ Λατῖνοί φασιν, ἐπεὶ καὶ ὁ Μονογενὴς εἷς ἐκ τοῦ ἑνός ἐστι. Καὶ μόνος ἐκ μόνου γεννητῶς, ὡς καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἓν, καὶ μόνον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορευτῶς. Καὶ εἷς ὁ αἴτιος τούτων, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὸν τὰ ἐξ αὐτοῦ ἀναφέρεται. Καὶ διὰ τοῦτο μοναρχία τὸ προσκυνούμενον ἡμῖν, ὅτι πρὸς τὸ ἓν αἴτιον, τὸν Πατέρα, τὸ μόνον γεννητὸν ὁ Υἱός, μὴ ἀλλοιούμενον ὅλως, καὶ τὸ μόνον ἐκπορευτὸν ἅγιον Πνεῦμα, μὴ ἀλλοιούμενον ὅλως ἀναφέρεται. Οὐ φύσιν δὲ τὸ γεννητὸν δηλοῖ καὶ ἐκπορευτὸν, ὡς οἱ Πατέρες φασὶν, ἀλλ' ἰδιότητα μόνην. Μία γὰρ φύσις τοῖς τρισὶ, τηροῦσι τὰ ἑαυτῶν ἰδιώματα, ὅτι καὶ εἷς ὁ αἴτιος τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ ἐκπορευομένου Πνεύματος, ὁ Πατὴρ αὐτοῦ, τὸ μὲν γεννῶντος ἀφράστως καὶ ἀσωμάτως, τὸ δὲ ἐκπορεύοντος. Διὰ τοῦτο καὶ μία Θεότης ἐν Τριάδι, καὶ ἡ Τριὰς ἀδιαίρετος. 54 Ἕνωσις γὰρ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ὁ Πατὴρ, ἡ θεολόγος φησὶ φωνή. Τοῦ Πνεύματος δὲ καρποὶ διάφοροι, ἅπερ ἐνέργειαί εἰσι καὶ δυνάμεις. Καὶ τοῦτο Παῦλός φησιν, « Ὁ καρπὸς τοῦ Πνεύματος, » λέγων, « ἐστι χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης » καὶ τὰ λοιπὰ, ἃ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀποστόλων συμμαρτυροῦσιν, Ἰωάννης λέγων, « Ὁ δὲ Θεὸς ἀγάπη ἐστί. » Καὶ Παῦλος πάλιν, « Χαίρετε ἐν Κυρίῳ, » καὶ, « Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. » Καὶ Δαβὶδ, « Χρηστὸς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. » Καὶ, « Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. » Καὶ, « Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς διὰ τὴν ἀγαθωσύνην. » Καὶ, « Πιστὸς Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. » Καὶ ὁ Σωτὴρ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι. » Καὶ καρπὸς τοῦ Πνεύματος ἡ πραότης. Καὶ, « Σὺ, Κύριε, » ὁ Δαβὶδ πάλιν φησὶ, « μακρόθυμος καὶ πολυέλεος. » Καὶ, « Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ, » διὰ τὴν ἐγκράτειαν. Ὥστε καὶ οἱ καρποὶ τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ Πατρὶ θεωροῦνται καὶ τῷ Υἱῷ. Καὶ ἡ υἱοθεσία ἡμῖν ἐν Πνεύματι γίνεται,

CAPUT XXXII.

Contra Latinos, quod ex solo Patre Spiritus procedit.

Unde manifestum est unum esse Spiritum qui est a Patre. Unus est Spiritus quoniam ab ipso procedit, perinde ac unus est Dominus et Unigenitus qui a solo Patre generatur Filius. Et propterea impossibile est unum et idem a duobus habere quod exsistat, ideo et Unigenitus unus est quoniam ab uno generatur. Quemadmodum unus ex uno via generationis, ita unus divinus Spiritus solusque ex solo Patre via processionis. Unum est eorum principium quoniam ad ipsum quæ ab ipso sunt referuntur, et ideo una est potestas quam adoramus quoniam ad unum principium, nempe Patrem, qui solus generatur Filius prorsus immutabilis, et qui solus procedit sanctus Spiritus omnino pariter immutabilis referuntur. Verum generari et procedere non naturam ostendit, ut aiunt Patres, sed solummodo proprietatem; una est enim tribus natura personis quæ propria servant idiomata, quoniam unum est principium Unigeniti et procedentis Spiritus, scilicet illius Pater, alius quidem principium per ineffabilem et incorpoream generationem, alterius vero per processionem. Quamobrem una Deitas in Trinitate et una Trinitas indivisibilis : vinculum enim Filii et Spiritus Pater, inquit Theologus. Spiritus fructus diversi sunt, videlicet operationes et virtutes, quod dixit Paulus : « Fructus, ait, Spiritus est gaudium, pax, longanimitas, benignitas et cætera, » quæ cæteri testantur apostoli ; Joannes dicit : « Deus est charitas ; et Paulus iterum : « Gaudete in Domino, » et, « Christus est pax nostra ; » David autem : « Bonus est Dominus omnibus invocantibus eum ; » et : « Gustate et videte quoniam suavis est Dominus ; » et : « Confitemini Domino quoniam bonus propter benignitatem ; » et : « Fidelis est Dominus in omnibus operibus suis ; » Dominus vero Salvator : « Discite a me quia mitis sum et humilis corde ; » porro Spiritus fructus mansuetudo ; et : « Tu, Domine, rursus ait David, longanimis et misericors ; » et : « Quicunque Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei, » nempe propter temperantiam. Quemadmodum fructus Spiritus in Patre et Filio videntur, ita filio-

Digitized by Google

rum adoptio nobis in Spiritu facta est, quoniam communia sunt Trinitatis charismata, unaque est potestas, una Trinitatis operatio. Propterea athei sunt qui Trinitatis operationes non celebrant, vel confitentur quidem, creaturas autem eas appellant. Nam si illæ in nobis sunt creaturæ, quid tam eximium habemus? Si vero naturam Dei habemus, ut illi delirant, igitur nos quoque homines in persona Dei erimus, aliique Dii-homines, sicut Christus, non gratiam habentes sed personam Filii, vel Patris aut Spiritus; quid autem pejus hac blasphemia excogitari potest? Si autem creaturam in nobis habemus, Deum ergo non habemus; verum quomodo nobiscum Deus? Quomodo Spiritum qui ex Deo est accepimus? Quomodo Spiritum Christi habemus? quomodo donum Spiritus accepimus? Quodnam est promissum Spiritus in nobis? quænam virtus ex alto apostolis supervenit? Quid Spiritus sanctus Cornelio ejusque sociis superveniens? Quid acceperunt viri a Philippo baptizati, Petro et Joanne manus eis imponentibus? Quid acceperunt viri a Paulo baptizati, qui prius nec sciebant nec audiverant si est Spiritus sanctus? Quid operationes virtutum? quid gratiæ sanitatum? quid meliora charismata? Quænam insuper gratia Domini nostri Jesu Christi? Quid illud: « Gratia vobis a Deo Patre et Domino Jesu Christo? » Quare invocatur divina gratia quando fiunt ordinationes? Numquid insani sensu dicitur gratia? Proh! fallaciam et blasphemiam eorum qui sine gratia gratiam Dei aggrediuntur! Quid autem donum sancti Spiritus? Numquid natura in tribus personis? Nequaquam, naturam enim Dei nemo suscipit. Numquid igitur creatura? sed quomodo Deum in nobis habemus? quomodo Christum portamus? quomodo Spiritum sanctum in cordibus vere accepimus? Ideirco Trinitatis est in nobis gratia qua nobis a Patre per Filium incarnatum in sancto Spiritu impertitur. Ideo ipsa in nobis diverso modo operatur; et alium quidem sanctificat et per baptismum regenerat, alium vero ungit et obsignat per unguentum, alterum autem ordinat sacerdotem, et hunc etiam diversa ratione: hic quidem constituitur lector populo, ille vero subdiaconus, alius autem diaconus, sacerdos alter, alter denique pontifex; et unus quidem est apostolus, alius autem propheta, alius doctor, aliusque virtutes vel gratias sanitatum habens, et cætera. Et alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, et cætera ut diximus. Unde in nobis non est persona Spiritus, sed in Spiritu communis gratia Trinitatis et diversæ operationes. Ideo neque qui baptismum suscipit statim sacerdotio donatur, neque diaconus factus presbyterii potestatem accipit, neque presbyter ordinatus episcopi gratia adornatur, sed quisque suum accipit, et alius quidem minori, alius vero majori virtute præditus est. Diaconus quidem ministrat, sacerdos vero

A ὅτι καὶ κοινὰ τὰ χαρίσματα τῆς Τριάδος. Ὅτι καὶ μία δύναμις καὶ ἐνέργεια τῆς Τριάδος. Διὰ τοῦτο ἄθεοι οἱ μὴ τὰς ἐνεργείας δοξάζοντες τῆς Τριάδος· ἢ ὁμολογοῦντες μὲν, κτίσματα δὲ ταύτας καλοῦντες. Εἰ γὰρ ἐν ἡμῖν κτίσματα, τί περισσὸν ἔχομεν; Εἰ δέ γε φύσιν ἔχομεν Θεοῦ, ὡς οὗτοι ληροῦσι, θεοὶ πόστατοι καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα ἄνθρωποι, καὶ θεάνθρωποι ἄλλοι ὡς ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ χάριν ἔχοντες, ἀλλὰ ἢ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Πνεύματος. Καὶ τί ἂν ἄλλο χεῖρον τῆς βλασφημίας ταύτης γένοιτό ποτε; Εἰ δὲ κτίσμα ἐν ἑαυτοῖς ἔχομεν, Θεὸν οὐκ ἔχομεν ἄρα. Καὶ πῶς μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός; Καὶ πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν; Καὶ πῶς Πνεῦμα Χριστοῦ ἔχομεν; Καὶ πῶς τὴν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος ἐλάβομεν; Καὶ τίς ἡ ἐπαγγελία τοῦ Πνεύματος ἐν ἡμῖν; Καὶ ποία ἡ ἐπελθοῦσα τοῖς ἀποστόλοις ἐξ ὕψους δύναμις; Καὶ τί τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐπελθὸν τῷ Κορνηλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ; Ποῖον δὲ ἔλαβον οἱ βαπτισθέντες ὑπὸ Φιλίππου; ἐπιτιθέντων τὰς χεῖρας αὐτοῖς Πέτρου καὶ Ἰωάννου; Ποῖον δὲ ὃ ἔλαβον οἱ βαπτισθέντες ὑπὸ Παύλου, πρότερον μὴ εἰδότες ἢ ἀκηκοότες εἰ ἔστι Πνεῦμα ἅγιον; Τί τὰ ἐνεργήματα τῶν δυνάμεων; τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων; τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα; Τίς δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; καὶ τὸ, « Χάρις ὑμῖν εἴη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ; » Διατί δὲ ἡ ἐπίκλησις τῆς θείας χάριτος γίνεται ἐν ταῖς γινομέναις χειροτονίαις; Ἆρα εἰς κενὸν λέγεται; Φεῦ τῆς ἀπάτης καὶ B βλασφημίας τῶν κατὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ δίχα χάριτος κινουμένων! Τίς δὲ ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Ἆρα ἡ τρισυπόστατος φύσις; Οὐδαμῶς. Οὐ γὰρ Θεοῦ φύσιν τις ὑποδέχεται. Καὶ λοιπὸν κτίσμα; Καὶ πῶς τὸν Θεὸν ἐν ἡμῖν ἔχομεν; Καὶ πῶς τὸν Χριστὸν φοροῦμεν; Καὶ πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ταῖς καρδίαις ἐλάβομεν ἀληθῶς; Ἆρα χάρις ἐστὶ τῆς Τριάδος ἐν ἡμῖν. Καὶ χορηγεῖται αὕτη ἡμῖν ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ σαρκωθέντος ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ διαφόρως ἐν ἡμῖν αὕτη ἐνεργεῖ. Καὶ ὃν μὲν τελειοῖ καὶ ἀναγεννᾷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ὃν δὲ χρίει καὶ σφραγίζει τῷ μύρῳ, ὃν δὲ ἱερέα χειροτονεῖ, καὶ τοῦτον δὲ διαφόρως. Ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἀναγινώσκων τῷ λαῷ, ὁ δὲ ὑπουργὸς, ὁ δὲ διακονῶν, ὁ δὲ ἱερουργῶν, ὁ δὲ ἀρχιερατεύων τὸ τελεώτατον. Καὶ ὁ μὲν ἔστιν ἀπόστολος, ὁ δὲ προφήτης, ὁ δὲ διδάσκαλος, ὁ δὲ δυνάμεις ἢ χαρίσματα ἰαμάτων ἔχων, ἢ τὰ λοιπά. Καὶ ᾧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς εἰρήκαμεν. Ὥστε οὐχ ἡ ὑπόστασίς ἐστι τοῦ Πνεύματος ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τῷ Πνεύματι ἡ κοινὴ χάρις τῆς Τριάδος, καὶ τὰ διάφορα ἐνεργήματα. Διὸ οὐδὲ ὁ τὸ βάπτισμα λαβὼν εὐθὺς τυγχάνει καὶ ἱερεὺς, οὐδ' ὁ διάκονος γεγονὼς καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου λαμβάνει 55 δύναμιν, οὐδ' ὁ πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς καὶ τὴν τοῦ ἐπισκόπου λαμβάνει χάριν· ἀλλ' ἕκαστος ὅπερ ἔλαβεν, ἔλαβε, καὶ ὁ μὲν ἐν ἐλάττονι, ὁ δὲ ἐν μείζονί ἐστι τῇ δυνάμει. Καὶ διάκονος μὲν ὑπηρετεῖ, ἱερεὺς δὲ ἱερουργεῖ, ἀρχιερεὺς δὲ χειρο-

Digitized by Google

τονεῖ, καὶ τῶν χαρισμάτων τοῦ Θεοῦ μεταδίδωσι, καὶ λύειν καὶ δεσμεῖν πταίσματα τὴν ἐξουσίαν πλουτεῖ. Τίς ἄρα αὕτη ἡ ἐξουσία; Τίς δύναμις τὸ χειροτονεῖν; Τί δέ ἐστιν ἡ χειροτονία; Ἆρα κτίσμα ἐν ἡμῖν; Καὶ τί ἄρα τὸ κτίσμα δύναται; Πῶς θεοῖ; Καὶ πῶς καθαίρει; Καὶ πῶς ἄρα τελειοῖ; Τί δὲ καὶ ἡ ἐπίκλησις τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος; Ἆρ' οὐκ ἰσχύει τι; Λοιπὸν οὐκ ἐν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος; Βαβαὶ τῆς βλασφημίας! Πόῤῥω ἐστὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ὁ μὴ κηρύττων τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἀλλότριος, καὶ ἀχαρίτωτος οὗτος, καὶ κοινωνίαν μὴ ἔχων μετὰ τοῦ θείου Πνεύματος, τοῦ ἀλλοτρίου δὲ μᾶλλον Πνεύματος, καὶ ἐμπλεως τούτου τῆς πονηρᾶς δυνάμεως. Οὗ δὴ καὶ τῇ ἐναγεῖ καὶ σκοτεινῇ ἐνεργείᾳ τὴν τῆς Τριάδος ἠρνήσατο χάριν ὁ δείλαιος, ὡς ἀνόητος ὢν, μωρανθεὶς, καὶ περὶ τῶν θείων κενὰ μεμελετηκώς. Καὶ τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ οὐκ οἶδεν, ὅτι τοῦτο ἠθέτησε. Καὶ μὴ θελήσας, οὐκ ἠθελήθη. Καὶ οὐκ ἔγνω ψάλλειν μετὰ τοῦ Δαβὶδ, « Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, » καὶ, « Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. » Οὐδὲ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἠθέλησε κληρονόμος ἀναφανῆναι κατ' ἐκείνους, περὶ ὧν εἴρηται, « Οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, » ἣν καὶ εἶδον ἐν τῷ ὄρει καθ' ὅσον ἠδύναντο, τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον, δι' οὗ καὶ οἱ δίκαιοι τότε ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ὡς ὁ τῆς δικαιοσύνης ἐδίδαξεν ἥλιος. Περὶ ἧς λαμπρότητος καὶ ὁ τὸ φῶς ἐκεῖνο ἰδὼν υἱὸς τῆς βροντῆς γράφει, « Νῦν οὐκ οἴδαμεν τί ἐσόμεθα. Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅταν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα. » Καὶ ὁ Παῦλος, ὡς μὴ πρότερον μὲν καθαρὸς ὤν, ἰδὼν ἐκεῖνο τὸ φῶς, καὶ πεσὼν, καθαρθεὶς ἀνέστη, ἐκ τούτου δεικνὺς τὴν ἐκ τῆς πτώσεως αὐτοῦ ἔγερσιν, καὶ τὸν ἐκ τοῦ σκότους φωτισμὸν, καὶ ἔτι δι' αὐτοῦ τὸν τῆς οἰκουμένης. Ὕστερον δὲ ἁρπαγεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν ὡς κεκαθαρμένος ὅλος, τοῦτο λαμπρότερον εἶδε. Καὶ βοῶν ἔλεγεν, « Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις. » Καὶ, « Νῦν γινώσκομεν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. » Οὗ καὶ τοὺς ἀῤῥαβῶνας ἔσχε Μωϋσῆς ἐν τῷ ὄρει. Διὸ καὶ οὐκ ἠδύναντο θεωρεῖν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ Στέφανος δὲ λαμπρότερον τοῦτο τὸ φῶς εἶδε. Καὶ καταυγασθεὶς, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου, ὡς γέγραπται. Πρὸς γὰρ τὸ κάλλος ἐκεῖνο ἦν καὶ ἡ ἐξαλλομένη λαμπρότης τῷ σώματι. Ἡ ἐν τῇ ψυχῇ γὰρ ἐκχυθεῖσα θεία καὶ ἄῦλος τοῦ Πνεύματος ἀστραπή τε καὶ χάρις, καὶ τὸ σῶμα περιηύγαζεν, ὡς καὶ τὸ τοῦ Μωϋσέως. Τοῦτο δὲ τὸ φῶς, οὐ καθὼς ἔστιν, ἀλλ' ὡς δυνατὸν ἦν, ἐωράτο τοῖς θεωμένοις, ὡς καὶ ἐν τοῖς προφήταις, οὐ καθὼς ἦν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐωράτο τῶν ὁρώντων, καὶ αὐτοὺς περιήστραπτε. Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν περὶ τῆς θείας ἐκείνης λαμπρότητος, δι' ἧς οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν (ὡς ἔφη Χριστὸς) τῶν ἀκτίνων τοῦ ἀδύτου ἡλίου μετέχον-

sacrificat, pontifex autem ordinat et charismata Dei dispensat, gaudetque potestate peccata solvendi atque ligandi. Porro quænam ista potestas? Quænam ordinandi potentia? quid est ordinatio? nunquid creatura in nobis? Quid ergo potest creatura? quomodo deos facit? quomodo emundat? quomodo sanctificat? Quid invocatio gratiæ Dei? Nonne aliquid valet? Igitur in nobis non est Spiritus gratiæ? Proh! infandam blasphemiam! longe est a gratia Dei qui Dei gratiam non profitetur; hic alienus est a Spiritu Dei gratiaque vacuus, neque societatem habet cum divino Spiritu, vel magis plenus est alieni Spiritus, nempe Spiritus iniquæ potestatis, cujus nefaria et tenebrosa operatione Trinitatis gratiam nequissimus abnegavit utpote amens, insensatus et inania de divinis rebus meditatus, et lumen Dei non novit, quoniam illud rejecit ipseque aspernatus abjectus est. Nescivit cum David psallere: « Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, » et: « Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; » neque voluit regni Dei hæres fieri secundum eos de quibus dictum est: « Sunt qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei veniens in virtute. » Quod viderunt in monte, quantum poterant, scilicet lucem sine vespere qua justi tunc fulgebunt sicut sol, prout docuit sol justitiæ. De quo splendore lucem illam intuitus tonitrui filius scribit: « Nunc nescimus quid erimus, scimus autem quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus. » Paulus vero, prius quidem nequaquam mundus, videns illud lumen et cadens surrexit purificatus, inde manifestans suam e casu surrectionem, suam e tenebris illustrationem, universæque terræ per eum illuminationem; posterius autem in cœlum raptus, utpote totus emundatus, illud splendidius vidit, et clamabat dicens: « Apparuit gratia Salvatoris nostri omnibus hominibus; et: Nunc cognoscimus in speculo et in ænigmate, tunc autem facie ad faciem; » cujus luminis pignora habuit Moyses in monte, ideo non poterant filii Israel in faciem ejus intendere. Stephanus vero clarius hanc lucem aspexit: resplenduit enim vultus ejus, prout scriptum est, sicut vultus angeli; nam ad illum decorem spectabat splendor corpus adornans, et in anima erat diffusa divina et incorporea divini Spiritus gratia et coruscatio, ejusque emicabat corpus quemadmodum Moysis facies. Illud autem lumen non sicuti est, sed sicut erat possibile, ab intuentibus conspectum est, quemadmodum in prophetis non sicuti erat videbatur, sed secundum virtutem videntium, et oculos eorum perstringebat. Et quid oportet plura dicere de divino illo splendore, quo justi fulgebunt sicut sol in conspectu Patris eorum, ut dixit Christus, radios solis inaccessi participantes? Iste est lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, inquit Joannes in Evangelio. In Apocalypsi vero scriptum est: « Justis non erit splendor

Digitized by Google

solis, sed agnus erit eis lucerna non deficiens.» Hic autem agnus est agnus Dei Jesus Christus qui est Dominus gloriæ, de quo David dixit : « Dominus gloriæ intonuit, » et Paulus : « Nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. » Ideo scriptum est in Evangelio : « Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, » quæ gloria non est persona ex tribus personis constans, sed gratia; « plenum, ait, gratiæ et veritatis. » Quod Petrus sapientissime testatur dicens : « Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem et præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis, » quam gloriam et honorem vocat. Ait enim : « Accipiens a Deo Patre honorem et gloriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi a magnifica gloria » ... Viden' quoniam Patrem gloriam vocat quia fons est et principium gloriæ, Filium vero regem gloriæ appellat? Sed Paulus quoque eum splendorem gloria cognominat dicens : « Qui cum sit splendor gloriæ. » Eodem nomine gratiam et personam significat quemadmodum diversa voce Spiritum operationes appellat, spiritumque vocat Spiritus divini personam a qua descendunt charismata. Communis ergo Trinitatis gloria, propterea : « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth : pleni sunt cœli et terra gloria ejus. » Una est Trinitatis divinitas, ideoque dii sunt quos illa tanto honore dignatur. Propterea etiam Deus est in synagoga deorum. Unus quoque Trinitatis splendor de quo David, ut diximus, precatur : Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, » et : « In splendoribus, inquit, sanctorum tuorum. » Aspice quoniam splendor est in Deo, et in sanctis quoque splendor ; ait enim Petrus : « Vocavit nos in admirabile lumen suum ; » de hoc nos docet alius theologus qui lucem Dei vidit et sustulit. Pastores autem illam ante eum viderant, nam gloria Domini circumfulsit eos, quæ fulgidos angelos manifestat. Ait enim Psalmista : « Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis. » — « Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, vestimenta autem alba sicut nix. » Ipse vero splendor gloriæ multo magis incarnatus effulsit, et quantum intueri poterant discipuli, istis in monte conspectus est : « Et resplenduit, inquit Matthæus, facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix ; » alius autem Evangelista dixit : Sicut lux, quia non sicuti est, sed prout sustinere poterant cernebatur. Rursus etiam angelos in monumento fulgidos aspexerunt divinæ mulieres et Petrus in carcere. Sed angelis quidem lux erat secundum participationem, et ideo isti sunt lux secundaria primæ lucis ministri, ut dixit quidam theologus ; Dominus autem lux vera secundum naturam habet splendorem propter quam precabatur David dicens : « Emitte lucem tuam et veritatem tuam, » quam alibi illuminationem vultus Dei cognominat. Necnon de illuminatione quæ datur sanctis : « Exortum est,

τες ; « Ὅς ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, » Ἰωάννης ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησί. Καὶ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει δὲ γέγραπται, ὡς οὐκ ἔσται τοῖς δικαίοις ἡλίου ἔλαμψις, ἀλλὰ τὸ ἀρνίον ἔσται φῶς αὐτοῖς μὴ δυόμενον. Ἀρνίον δὲ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃς καὶ Κύριος τῆς δόξης ἐστί. Καὶ Δαβὶδ περὶ τούτου φησί· « Κύριος τῆς δόξης ἐβρόντησε. » Καὶ ὁ Παῦλος, « Οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Διὸ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν 56 ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· » καὶ ταύτην οὐχ ὑπόστασιν ἐκ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀλλὰ χάριν. « Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, » φησί. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ σαφέστατα τοῦτο μαρτυρεῖ, λέγων, « Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες, ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητι. » Καὶ δόξαν τοῦτο καὶ τιμὴν ὀνομάζει. Λαβὼν γὰρ, φησὶ, παρὰ Θεοῦ Πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης. Ὁρᾷς ὅτι καὶ τὸν Πατέρα δόξαν φησίν; ὅτι πηγὴ καὶ ἀρχὴ τῆς δόξης, καὶ τὸν Υἱὸν δὲ βασιλέα τῆς δόξης; Ἀλλὰ καὶ Παῦλος, « Ἀπαύγασμα τῆς δόξης, » φησίν. « Ὅς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. » ὁμωνύμως τῇ χάριτι καὶ τὴν ὑπόστασιν ὀνομάζων, ὡς καὶ Πνεῦμα διαφόρως τὰ ἐνεργήματα καλεῖ. Καὶ Πνεῦμα τὴν ὑπόστασιν αὐτὴν ὀνομάζει τοῦ θείου Πνεύματος, ἐξ ἧς τὰ χαρίσματα. Κοινὴ ἄρα ἡ δόξα τῆς Τριάδος. Ἐπεὶ καὶ « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Καὶ μία θεότης τῆς Τριάδος, ἐπεὶ καὶ θεοὶ οἱ ἀπὸ ταύτης θεούμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν. Καὶ μία λαμπρότης ἡ τῆς Τριάδος, περὶ ἧς εὔχεται Δαβὶδ, καθὼς ἔφημεν, « Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς. » Καὶ, « Ἐν ταῖς λαμπρότησι, φησὶ, τῶν ἁγίων σου. » Ὅρα δὲ ὅτι καὶ ἐν τῷ Θεῷ λαμπρότης, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις λαμπρότης· « Ἐκάλεσε γὰρ ἡμᾶς πρὸς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, » Πέτρος λέγει. Καὶ ἄλλος θεολόγος περὶ ταύτης διδάσκει, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ ἰδὼν αὐτὸς καὶ παθών· καὶ οἱ ποιμένες δὲ πρὸ αὐτοῦ εἶδον. « Δόξα γὰρ, φησὶ, Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς. » Αὗτη δὲ φωτεινοὺς καὶ τοὺς ἀγγέλους δεικνύει. « Ὁ ποιῶν » γὰρ, φησὶ, « τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Καὶ ἦν δὲ ἡ εἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. Αὐτὸς δὲ ὁ καταυγάζων πολλῷ μᾶλλον ἐξέλαμψε σαρκωθείς. Καὶ καθόσον ἠδύναντο θεωρεῖν οἱ μαθηταὶ, ὤφθη τούτοις ἐπὶ τοῦ ὄρους. « Καὶ ἔλαμψε (φησὶ) τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ λίαν ὡς χιών· » ἕτερος δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν φησιν· « Ὡς τὸ φῶς. » Ἐπειδὴ οὐ καθὼς ἦν, ἀλλὰ καθὼς ἠδύναντο χωρεῖν ἑωρᾶτο. Καὶ τοὺς ἀγγέλους δὲ ἐν τῷ μνήματι πάλιν φωτεινοὺς εἶδεν αἱ θεῖαι γυναῖκες, καὶ ὁ Πέτρος ἐν τῇ εἱρκτῇ. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀγγέλοις κατὰ μετο-

Digitized by Google

χὴν ἦν τὸ φῶς, ἐπεὶ καὶ δεύτερα φῶτα οὗτοι, λειτουργοὶ τῆς πρώτης λαμπρότητος, καθά που τῶν θεολόγων φησί τις· ὁ Κύριος δὲ φῶς ἀληθινὸν κατὰ φύσιν εἶχε τὴν λάμψιν, περὶ ἧς ηὔχετο Δαβὶδ, λέγων, « Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. » Ἀλλαχοῦ δὲ καὶ φωτισμὸν τοῦ προσώπου Θεοῦ ὀνομάζει τοῦτο. Καὶ περὶ τοῦ ἐν τοῖς δικαίοις φωτισμοῦ, « Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσι, » περὶ οὗ φωτὸς καὶ τῆς ἀϊδίου καὶ θείας λαμπρότητος καὶ πᾶς ἠγωνίσατο ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, καὶ τῶν ἀρραβώνων τοῦ φωτισμοῦ τούτου, ὡς ἐγχωροῦν ἦν, καὶ τῆς ἐλλάμψεως ἔτυχεν. Οἶδασι γὰρ εὔχεσθαι μετὰ τοῦ Δαβὶδ τὸ, « Σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. » Ὃς καὶ φωτισθεὶς καὶ εὐφροσύνης ἐκ τούτου πληρωθεὶς, ἔλεγε, « Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη, ἐν ᾗ καὶ χορτασθεὶς ἔλεγε. « Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου. » Μᾶλλον δὲ τοὺς ἀρραβῶνας λαβὼν ὡς θεοπάτωρ, τὰ περὶ τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ καὶ λαμπρότητος προεχήρυττε, δι' ἧς καὶ ἡμεῖς υἱοὶ φωτὸς, καὶ τέκνα φωτός. Διὸ καὶ φωτὸς υἱοὺς ἡμᾶς οἱ θεολόγοι γεγράφασι, καὶ παράκλησιν καὶ χάριν, καὶ βασιλείαν, καὶ ἀρραβῶνα, καὶ ἀπαρχὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τοῦτο τὸ φῶς εἰρήκασιν· οὐκ αἰσθητῶς γευσάμενοι τούτου· ἐπεὶ οὐδ' αἰσθητὴ ἡ λάμψις ἐστὶν ἐκείνη. Ὅμως ἐπειδήπερ διπλοῖ **57** ἡμεῖς, ἀληθὴς δὲ ἡ λάμψις ἐκείνη ἐκ τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου, καὶ ἡ ἀστραπὴ νοητὴ τῆς Θεότητος, καὶ νοητῶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἡμῖν ἐπιλάμπουσα, οὐ τὴν ψυχὴν αὐγάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα καταλαμπρύνει. Καὶ τοῦτο ἔδειξε πρώην μὲν, ὡς ἔφημεν, Μωϋσῆς· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, ἡ τὴν λάμψιν ἐκείνην πηγάζουσα, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ πρῶτος δὲ ἐναθλήσας ὑπὲρ αὐτοῦ Στέφανος ὁ μέγιστος, καὶ ὁ θειότατος Παῦλος, ὃς μήπω μὲν καθαρὸς ὢν, τυφλὸς, ἐτυφλώθη τὰς κόρας, ἔως κεκάθαρται τῷ βαπτίσματι, μετὰ ταῦτα δὲ ἔχων ἐν ἑαυτῷ διεθερμαίνετο λέγων, « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; » Καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν. » Καὶ, « Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, » τὴν χάριν λέγων τοῦ Πνεύματος, ἥτις κοινὴ τῆς Τριάδος. Καὶ Πέτρος δὲ ἐπὶ τῆς φυλακῆς τοῦτο τὸ φῶς ἰδὼν, ἐνισχύθη, καὶ αἱ ἁλύσεις ἔπεσον ἐξ αὐτοῦ. Καὶ πλεῖστοι τῶν θείων μαθητῶν τοῦ φωτισμοῦ τούτου ἔτυχον, καὶ Λουκᾶς καὶ Κλεώπας, τοῦ φωτὸς ἐκείνου τὴν θέρμην ἔλαβον, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν καιομένη ἦν ἐν αὐτοῖς· τὸ γὰρ ἀληθινὸν φῶς, αὐτὸ τὸ πῦρ ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ οὗ καὶ ἔλεγε, « Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ τί ἤθελον εἰ ἤδη ἀνήφθη; » Καὶ ὁ Δαβὶδ ἐκ τούτου τοῦ πυρὸς ἐθερμαίνετο, « Ἐθερμάνθη, λέγων, ἡ καρδία μου ἐντός μου· καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. » Καὶ Ἀντώνιος δὲ τοῦτο ἰδὼν τὸ φῶς ἐν τῷ μνήματι παρεκλήθη· καὶ, « Ποῦ ἦς πρότερον ἐβόα πρὸς τὸν Θεόν; » ὡς ὁ μέγας φησὶν Ἀθανάσιος. Καὶ πολλοὶ τῶν συγκι-

A inquit, in tenebris lumen rectis, » propter quod lumen et æternam divinamque illuminationem omnis sanctorum chorus decertavit, et pignora illius splendoris et illustrationis pro viribus accepit. Sciunt enim cum David orare : « Et tu illumina lucernam meam, Domine, Deus meus, illumina tenebras meas ; » qui illuminatus et propterea lætitia impletus dicebat : « Lux orta est justo, et rectis corde lætitia, » in qua exsultans dicebat : « Exsultabo cum apparuerit mihi gloria tua; » potius vero pignora accipiens utpote Dei proavus, gloriam et claritatem Christi prædicebat per quam filii lucis sumus et pueri lucis. Propterea lucis filios theologi nos scripserunt, atque solatium gratiamque et regnum, pignus et primitias futuri

B sæculi lucem illam dixerunt, quam non sensu gustaverunt, cum claritas illa non sit sensibilis. Cum simul duplici substantia constemus, vera lux illa solis justitiæ, et spiritualis coruscatio Deitatis spiritualiter nobis ex sancto Spiritu illucens non mentem tantum illuminat, sed et corpus lumine perfundit. Quod patefecit primo quidem, ut diximus, Moyses, deinde vero ipsa veritas, fons istius lucis, Jesus Christus Deus noster, necnon primus qui pro eo certavit Stephanus maximus, Paulus que divinissimus, qui cum mundus nondum esset, videns, oculis captus est, usque dum baptismate mundaretur ; postea vero lumen habens in semetipso ardebat dicens : « Quis nos separabit a cha

C ritate Christi ? » et : « Misit Deus Spiritum Filii sui in cordibus nostris ; » et : « Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus, » gratiam Spiritus dicens quæ Trinitati communis est. Petrus vero in carcere, luce aspecta, inde roboratus est, et catenæ ceciderunt de manibus ejus. Multi etiam e divinis discipulis hac illuminatione gavisi sunt, inter quos Lucas et Cleophas lucis illius calorem acceperunt, et cor eorum ardens erat in ipsis, nam lux vera ignem illum venit mittere in terram, de quo dicebat : « Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur ? » quo igne ardebat David dicens : « Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis. » Antonius autem lumen illud videns in monumento consolationem accepit, et clamabat ad Deum : Ubinam eras antea ? ut magnus refert Athanasius. Multi quoque sancti in tenebris angustati eadem gratia dignati sunt, cum essent filii lucis, ex Deo deificati, Deum semper inter orandum intuentes, diique facti secundum gratiam, cum omnes essent gratiæ participes, quoniam Christus promisit se in suis habitaturum, et Spiritus ejus habitat in nobis. Ideo dixit Paulus : « Nescitis quoniam Christus habitat in nobis ? Secus vero, reprobi estis ; » et : « Misit Deus Spiritum Filii sui in cordibus nostris, in quo clamamus : Abba, Pater. » Habitat autem Christus cum Patre et Spiritu, et mansionem facit in nobis, non quidem secundum personam, sed secundum gratiam. Et Paulus clamat :

Digitized by Google

« Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei Patris, et communicatio Spiritus sancti, » et, « Gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo; » quod fere in omnibus epistolis dixit. In Actibus autem : « Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum, et accipiebant donum Spiritus sancti. » Igitur donum et gratiam sanctæ Trinitatis accipimus, minime vero naturam, neque personam, nec unam e personis; sed divinum illud tantum quod assumpsit Verbum hujus personæ, ut diximus, fuit adunatum indivisibiliter et inconfusibiliter, in quo corporaliter habitat omnis plenitudo Divinitatis, nos vero omnes mensura naturæ nostræ accommodata de plenitudine ejus gratiam accepimus. Ex ista plenitudine divina velut ex fonte, omnes qui sunt Christi hauriunt, et præsertim qui propter eum pugnant et patiuntur, cum sint in tenebris et carcere, ex illa claritate sublevantur. Ideo dixit David : « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam; » ideo etiam qui vivunt in Christi utpote mundo corde, Deum videbunt, non quidem secundum quam habet naturam, sed secundum gratiam. Vidistine communem Trinitatis gratiam? Misit Deus Spiritum Filii sui; ex plenitudine ejus omnes nos accepimus, et quid accepimus? Videlicet Spiritus gratiam, atque pro gratia gratiam. Et effudit in nos, inquit, donum Spiritus sancti, in quo clamamus: Abba, Pater. Quæ vox, abba, idem ac Pater sonat, quoniam filii per gratiam facti sumus; filios enim nos Pater accepit per Unigenitum suum in sancto Spiritu incarnatum. Itaque omnia divini, inquam, sive Veteris sive Novi gratiæ Testamenti gratiam Dei testantur; seu potius ipsa gratia nobis per dispensationem Verbi abundanter effusa mundum replevit universum. Quamobrem ipsa Verbi dispensatio gratia cognominatur. Verum qui carent gratia utpote indigni qui gratiam accipiant, donum, operationem et gratiam Spiritus rejiciunt, qui circa lucem tenebris obvolvuntur, luceque nequaquam accepta, divinæ illuminationis suavitatem non gustaverunt. Unde ignari aspernantur et impii blasphemant. Quis eis revelabit divinæ lucis suavitatem qui eam non gustaverunt, imo qui errant et in tenebris dormiunt, et cum tenebrosis et iniquis dæmonibus conversantur, qui delicatam molemque vitam concupiscunt, atque circa contemplationem visibilium mutabiliumque creaturarum inania moliuntur, qui fere secundum Græcos insensatos, creaturæ præter Creatorem, prout dixit Paulus, inserviunt; pluris enim habita creaturarum contemplatione, nihil dicunt divinum fidei inesse, sed soli vanitatis cognitioni confidunt, stulteque opinantur nihil supra sensum, et mentem hominum esse amentium more dæmonum qui procul distant a spiritalibus radiis et ineffabili claritate Dei, et proinde teguntur caligine, solumque arroganter et stulte circa aera et terram versantur.

κλεισμένων ἁγίων ἐν σκότει τῆς τοιαύτης ἠξιώθησαν χάριτος, ὡς φωτὸς ὄντες υἱοί, καὶ θεούμενοι ἐκ Θεοῦ, θεὸν ὁρῶντες ταῖς προσευχαῖς ἀεί, καὶ θεοὶ γινόμενοι κατὰ χάριν, ἐπεὶ καὶ χάριτος μετέχουσι πάντες. Ὅτι καὶ ἐνοικεῖν Χριστὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ ἐπηγγείλατο, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν. Καὶ Παῦλός φησιν, « Οὐκ οἴδατε ὅτι Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ἡμῖν; εἰ μὴ ὅτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε. Καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κράζον· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » Οἰκεῖ δὲ Χριστὸς σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ μονὴν ποιεῖται ἐν ἡμῖν, οὐχ ὑποστατικῶς, ἀλλὰ κατὰ χάριν. Καὶ Παῦλος βοᾷ, « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Καὶ, « Χάρις ὑμῖν εἴη καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ σχεδὸν τοῦτο ἐν πάσαις φησὶ ταῖς ἐπιστολαῖς. Καὶ, « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. » Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι, « Καὶ ἔλαβον τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Λοιπὸν δωρεὰν καὶ χάριν τῆς ἁγίας Τριάδος λαμβάνομεν, καὶ οὐ φύσιν, οὐδὲ τὰς ὑποστάσεις, ἢ μίαν τῶν τριῶν ὑποστάσεων. Μόνον δὲ τὸ θεῖον πρόσλημμα, ὡς εἰρήκαμεν, τῇ ὑποστάσει ἥνωται τοῦ Λόγου, ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως, ἐν ᾧ καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς, ἐκ τοῦ πληρώματος δὲ ἡμεῖς λαμβάνομεν χάριν ἀναλόγως. Ἐκ τούτου τοῦ θείου πληρώματος ὡς ἐκ πηγῆς οἱ τοῦ Χριστοῦ ἀρύονται ἅπαντες, καὶ μᾶλλον οἱ δι' αὐτὸν ἀγωνιζόμενοί τε καὶ πάσχοντες, καὶ ἐν εἱρκταῖς ὄντες καὶ ζόφῳ, ὑπὸ ταύτης παρεκαλοῦντο τῆς λαμπηδόνος. Καὶ ὁ Δαβὶδ, « Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου, αἱ παρακλήσεις σου εὐφραναν τὴν ψυχήν μου, » φησί. Καὶ οἱ ἐν Χριστῷ ζῶντες, ὡς καθαροὶ τὴν καρδίαν, τὸν Θεὸν βλέπουσιν, οὐχ ὡς ἔχει φύσεως (Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε), ἀλλὰ κατὰ χάριν. Ὁρᾷς τὴν κοινὴν τῆς Τριάδος χάριν; Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. » Καὶ τί ἐλάβομεν; δηλαδὴ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος, καὶ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς (φησὶ) τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. **58** Καὶ ἐν αὐτῷ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. Αὐτὸ δέ τό, Ἀββᾶ, Πάτερ δηλοῖ. Ἐπεὶ υἱοὶ γεγόναμεν χάριτι. Υἱοθετήθημεν γὰρ τῷ Πατρὶ διὰ τοῦ Μονογενοῦς σαρκωθέντος ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ διὰ πάντων οὕτω, τῆς τε παλαιᾶς φημι θείας Γραφῆς, καὶ τῆς χάριτος, τὰ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος μαρτυρεῖται. Ἢ καὶ μᾶλλον ἡμῖν διὰ τῆς τοῦ Λόγου οἰκονομίας ἐκχυθεῖσα πλουσίως, πάντα τὸν κόσμον πεπλήρωκεν. Ἐντεῦθεν οὖν καὶ ἡ οἰκονομία τοῦ Λόγου χάρις κατονομάζεται. Ἀλλ' οἱ τῆς χάριτος ἄμοιροι, ὡς ἀνάξιοι τὴν χάριν λαβεῖν, ἀθετοῦσι τὴν δωρεὰν καὶ τὴν ἐνέργειαν καὶ χάριν τοῦ Πνεύματος, οἱ σκοτεινοὶ περὶ τὸ φῶς, καὶ μὴ λαβόντες τὸ φῶς, καὶ τοῦ φωτισμοῦ τῆς θείας γλυκύτητος ἄγευστοι. Ὅλεν καὶ ἀπιστοῦσι μὴ ἐγνωκότες, καὶ ὡς ἀντίθεοι, βλασφημοῦσι. Καὶ τίς ἀναγγελεῖ αὐτοῖς τὴν γλυκύτητα τοῦ θείου φωτὸς, ὃ, μὴ

Digitized by Google

De apparatu et elixatione sancti unguenti.

Ita igitur sanctissimum unguentum consecratur. Sanctissimus patriarcha, clero circumstante, quoniam ipse est fons sacerdotii, et qui cum eo sunt sacerdotium ab eo acceperunt et accipiunt, abit in locum designatum, ad olei coctionem, et sacra stola vestitus, quæ quidem ab excelso acceptam Spiritu gratiam significat; et sacro omophorio, quod Christi Incarnationem ostendit, Deum in tribus personis laudat. Atque ita fiunt preces: « Rex cœlestis; » et Trisagion: « Sanctissima Trinitas; » et: « Pater noster. » Necesse est enim ut in divinis operibus principium sit Spiritus sancti invocatio, et ante omnia invocetur Spiritus sanctus. « In Spiritu sancto, ait Paulus, oramus. » Et postquam patriarcha dixit: « Tuum est regnum; » et, « Benedictus es, Christe Deus, » troparion dicitur, et quædam cum eo, quibus dictis, patriarcha oleum infundit in urnam, in qua decoquetur unguentum. Et manu benedicit, ostendens seipsum opus illud incipere, et divinas res apparare. Introducitur autem reliquum oleum a ministris. Et sic rursum patriarcha ignem subter incendens, tanquam Spiritus sancti mysterio serviens, cœtum dimittit et ipse abit. O eum autem illud unguenti sacri coquitur a quodam prudenti et docto viro, cum multa cura; quod peragit præsertim in magna illa et sancta feria quarta, qua hæc peccatrix mulier pretioso unguento Dominum unxit. Et tunc ea pars Evangelii quæ illud memorat legitur. Et sic coquitur oleum, misericordiam Dei immensam significans. Variæ autem aromatum species tunc etiam teruntur et parantur. Et quando hæc coctio peracta fuerit, tunc rursum adest patriarcha. Et aromata, postquam ea benedixerit, in decoctum oleum infundit; quæ sane varia Spiritus sancti dona indicant. Sic igitur præparatur et coquitur oleum. Patriarcha vero dimittit et recedit. Oleum rifrigescit. Per has quidem preces et patriarchæ benedictionem sanctum est, nondum autem sacro ritu consecratum.

ΚΕΦΑΛ. ΟΑ'

Περὶ τῆς ὑπηρεσίας τε καὶ ἑψήσεως τοῦ θείου μύρου.

Τελεῖται οὖν τὸ πανάγιον μύρον οὕτως· ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης, τοῦ κλήρου συμπαρόντος αὐτῷ, ἐπεὶ πηγὴ οὗτος τῆς ἱερωσύνης ἐστὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ B ἐξ αὐτοῦ ἔλαβον καὶ λαμβάνουσιν, ἀπέρχεται πρὸς τὸν ἀποτεταγμένον ἑψεῖσθαι τὸ μύρον τόπον· καὶ περιβαλλόμενος ἐπιτραχήλιον ἱερὸν, ὃ δὴ, τὴν ἄνωθεν χορηγουμένην χάριν δηλοῖ τοῦ Πνεύματος, καὶ ὠμοφόριον ἱερὸν, ὃ τὴν σάρκωσιν ἐμφαίνει Χριστοῦ, εὐλογεῖ τὸν ἐν Τριάδι Θεόν. Καὶ οὕτω προσευχὴ γίνεται, τοῦ « Βασιλεῦ οὐράνιε » λεγομένου, τοῦ Τρισαγίου, « Παναγία Τριὰς, » καὶ « Πάτερ ἡμῶν. » Ἀναγκαῖον γὰρ εἰς τὰ θεῖα ἔργα τοῦ Πνεύματος τὴν προσευχὴν εἶναι ἀρχὴν, καὶ τὸ Πνεῦμα πρὸ πάντων ἐπικαλεῖσθαι τὸ ἅγιον. « Ἐν τῷ Πνεύματι γὰρ, Παῦλός φησι, προσευχόμεθα. » Καὶ τοῦ πατριάρχου εἰπόντος, « Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ Βασιλεία, » τὸ « Εὐλογητὸς εἶ, Χριστὲ ὁ Θεὸς, » τροπάριον λέγεται, καί τινα ἕτερα σὺν αὐτῷ. Ὧν λεγομένων, ὁ πατριάρχης C ἐγχέει τὸ ἔλαιον τῷ ἀγγείῳ, ἐν ᾧ ἑψεῖται τὸ μύρον. Καὶ εὐλογεῖ τῇ χειρὶ, δεικνὺς, ὅτι αὐτὸς ἄρχει τοῦ ἔργου, καὶ αὐτὸς τοῖς θείοις ὑπηρετεῖ. Εἰσάγεται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἔλαιον παρὰ τῶν ὑπηρετῶν. Καὶ οὕτω πάλιν ὁ πατριάρχης πρῶτος ὑπανάψας τὸ πῦρ, ὡς τῷ τοῦ Πνεύματος ἐξυπηρετῶν μυστηρίῳ, ποιεῖται ἀπόλυσιν καὶ ἀπέρχεται. Τὸ ἔλαιον δὲ ἐκεῖνο τοῦ μύρου ἑψεῖται παρά τινος εὐλαβοῦς, ΘΘ τὴν ἐπιστήμην εἰδότος, μετὰ πολλῆς ὅτι προσοχῆς. Ὃ δὴ καὶ ἑψεῖ μάλιστα κατὰ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν Τετράδα, ὅτε καὶ ἡ πόρνη ἐκείνη τῷ πολυτιμήτῳ μύρῳ τὸν Κύριον ἤλειψε. Καὶ τὸ περὶ τούτου τότε ἀναγινώσκεται Εὐαγγέλιον. Τὸ μὲν οὖν Ἔλαιον ἑψεῖται οὕτω, δηλοῦν τοῦ Θεοῦ τὸ ἀμέτρητον ἔλεος. Τὰ εἴδη δὲ τῶν D ἀρωμάτων διάφορα ὄντα τρίβεται καὶ αὐτὰ τότε καὶ ἑτοιμάζεται. Καὶ πρὸς τὸ τέλος ἐλθούσης τῆς ἑψήσεως τοῦ ἐλαίου, πάλιν ὁ πατριάρχης παραγίνεται, καὶ τὰ ἀρώματα εὐλογηθέντα παρ' αὐτοῦ, εἰσάγεται ἐν τῷ ἑψομένῳ ἐλαίῳ, ἃ καὶ ἐμφαίνει τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ ποικίλα χαρίσματα. Καὶ οὕτω σκευασθὲν καὶ ἑψηθὲν γίνεται τὸ μύρον. Ὁ μὲν οὖν πατριάρχης ἀπολύει τε καὶ ἀπέρχεται· τὸ μύρον δὲ ψυχρανθὲν διὰ μὲν τὰς προσευχὰς καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ πατριάρχου ἅγιόν ἐστιν, οὔπω δὲ τετελεσμένον τῇ ἱερᾷ τελετῇ.

CAPUT LXXII.

De sancti unguenti sacro ritu.

Postridie, quæ dies est sancta et magna feria quinta, infunditur illud oleum in proprium vas, quod vocatur alabastrum, in hujus formam quod

ΚΕΦΑΛ. ΟΒ'.

Περὶ τῆς ἱερᾶς τελετῆς τοῦ ἁγίου μύρου.

Κατὰ τὴν ἐπαύριον οὖν, ἥτις ἐστὶν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη Πέμπτη, εἰσάγεται τοῦτο τὸ μύρον ἐν κρατῆρι ἰδίῳ, ἅπερ καλεῖται ἀλάβαστρον, εἰς τύπον τοῦ

Digitized by Google

ἐκχυθέντος τῇ κεφαλῇ τοῦ Ἰησοῦ παρὰ τῆς πόρνης μύρου, ἢ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Λαζάρου Μαρίας· καὶ διὰ καλύμματος ἱεροῦ σκεπασθὲν, ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τίθεται τῆς προσκομιδῆς γενομένης. Καὶ τῆς θείας λειτουργίας ἀναρξαμένης, τῆς μεγάλης τε εἰσόδου τελουμένης, πρῶτον μὲν ὁ ἐπὶ τῆς εὐταξίας πορεύεται· εἶτα οἱ ἀναγνῶσται λαμπαδηφόροι, τὴν θείαν τοῦ Πνεύματος ἐκτυποῦντες ἔλλαμψιν· εἶτα ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων, κατέχων τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου ταῖς χερσὶν, αὐτὴν φανερῶν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ πρῶτος τοῦτο κατέχει, ὡς τελεώτερος ὤν. Ἔμπροσθεν δὲ καὶ ἐκ πλαγίου τούτου καὶ ὄπισθεν διάκονοι ἕξ, δώδεκα κατέχοντες πτέρυγας, ὡς ὁ μέγας φησὶ Διονύσιος, τουτέστι ῥιπίδια. Δηλοῦσι δὲ ταῦτα τὰς θείας ἀγγελικὰς δυνάμεις, καὶ τὸ νοερὸν αὐτῶν καὶ ἀσώματον· ἐπεὶ καὶ τὰ Σεραφὶμ ἐν πτέρυξι καὶ τὰ Χερουβὶμ τοῖς προφήταις ἐωράθη· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνα συστέλλεται τὴν χάριν δεχόμενα, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν τοῦτο, καὶ διὰ τῶν εἰρημένων πτερύγων δείκνυμεν· καὶ ὥσπερ ἐν τῇ σκηνῇ ὑπεράνω τῆς κιβωτοῦ τῆς σκιώδους ἐκείνης Χερουβὶμ ἦν τορευτά τε καὶ γλυπτὰ, ταῖς πτέρυξι ταῖς οἰκείαις αὐτὴν εἰς τιμὴν συγκαλύπτοντα, ὡς ἐντὸς τὰ θεῖα ἐν ταῖς πλαξὶ ταῖς λιθίναις ἔχουσαν λόγια, οὕτω καὶ ὑπεράνω τοῦ μύρου καὶ τῶν ἁγίων ταῦτα, καὶ ἔτι τῆς ἱερᾶς τραπέζης εἰσὶν, ὡς τὰ ὑψηλότερα κεκτημένων τούτων, καὶ μᾶλλον ἀντὶ τῆς σκιᾶς τὴν ἀλήθειαν. Ἐπείπερ ἐκεῖ τύπος ἦν πάντα, καὶ ἄρτοι ἄζυμοι, ἀντὶτοῦ ἄρτου τούτου τοῦ ζῶντος, καὶ ἀλόγων θυμάτων αἵματα καὶ προσαγωγαὶ, ἀντὶ τοῦ αἵματος τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ ἔλαιον τῆς χρίσεως ἀντὶ τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐνταῦθα δὲ ὁ τῆς ζωῆς ἐστιν ἄρτος, αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀπαύστως θυόμενον, καὶ ἡ χρίσις τῆς δωρεᾶς τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος. Μετὰ δὲ τὰς δώδεκα πτέρυγας, ἤτοι τὰ ῥιπίδια, οἱ λοιποὶ διάκονοι ἔρχονται κατὰ συζυγίαν ὡς ἔθος, προοδεύοντες τῶν ἁγίων· καὶ ἡ λοιπὴ τάξις ἐπακολουθεῖ τῆς εἰσόδου. Δώδεκα δὲ πτέρυγες, καὶ διὰ τὴν δωδεκάδα τῶν μαθητῶν, οὓς ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος ἐξ ἀρχῆς ἐτελείωσε, καὶ διὰ τὰ δύο Χερουβὶμ τῇ σκηνῇ παριστάμενα, ἑξάδικα πτέρυγας ἔχοντα. Ἓξ γὰρ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, φησὶν· ὃ καὶ περὶ τῶν Σεραφὶμ γέγραπται. Τινὲς δὲ τετραπτέρυγα γράφουσι τὰ Χερουβὶμ, ἑξαπτέρυγα δὲ τὰ Σεραφὶμ· ταῦτα δὲ μείζονός φασι τάξεως, ἢ τὰ Χερουβίμ. Διὸ ὑπὲρ τὸν νόμον οὖσα ἡ Ἐκκλησία, τὸν τῶν ἑξαπτερύγων ποιεῖται τύπον, καὶ τὰ δώδεκα φέρει ῥιπίδια ἀντὶ τῶν δύο Σεραφίμ. Ἡνίκα οὖν οἱ ἀναγνῶσται 89 εἰσέλθωσιν, οἱ κατέχοντες διάκονοι τὰς πτέρυγας ἵστανται ἑκατέρωθεν τοῦ τὸ μύρον κατέχοντος πρεσβυτέρου, τιμὴν αὐτῷ νέμοντες, καὶ οἷον ἐπισκιάζοντες. Τούτου δὲ φθάσαντος ἤδη τὰς θύρας τὰς ἁγίας, ὁ πατριάρχης κατέρχεται τῆς κρηπῖδος τῆς ἱερᾶς, καὶ λαμβάνει τὸ μύρον ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ τῇ ἱερᾷ ἐπιτίθησι τραπέζῃ, μείζονα καὶ τῶν δώρων τότε ὡς ἀτελέστων ἔτι δίδους τῷ μύρῳ τὴν τιμήν· ἢ ὡς ἐπιπλέον ἡγια-

A in caput Jesu a peccatrice aut sorore Lazari Maria effusum est, sacroque velo protectum, in sacrario ponitur, facta translatione. Et sacra liturgia incepta, et solemni introitu, primus incedit, qui cæremoniam regit, deinde lectores qui lampades ferunt, atque ita divinam sancti Spiritus illuminationem repræsentant; deinde primus sacerdotum, alabastrum manibus tenens, ipsam Spiritus gratiam manifestans. Ideo enim et primus illud tenet, tanquam perfectior; ante et a latere et a tergo, sex diaconi duodecim ferentes alas, ut magnus ait Dionysius, id est flabella. Illæ vero indicant divinas et angelicas virtutes, illarumque intelligentiam et spiritualitatem. Etenim Seraphim et Cherubim prophetis alis muniti angeli apparuere. Et

B quemadmodum illæ alæ contrahebantur gratiam accipientes, ita et nos gratiam comprehendere debemus, idque per prædictas alas ostendimus. Et quemadmodum in tabernaculo illius arcæ quæ figura erat, erant Cherubim insculpta et incisa, propriis alis eam, honoris causa, protegentia, quippe quæ intus divina oracula in tabulis lapideis continéret, ita et supra oleum hoc et alia sancta et supra sacram mensam quæ excelsiora continet, et veritatem nec tantummodo umbram. Ibi enim omnia erant figuræ, et panes azymi, pro vero illo ac vivente Pane; et irrationalium sanguinis oblatio pro sanguine Verbi Dei; et oleum unctionis pro dono sancti Spiritus. Ibi autem est vitæ panis,

C ipsum corpus et sanguis Christi, pro nobis indesinenter oblata; et unctio doni vivificantis Spiritus. Post duodecim alas seu flabella, reliqui diaconi veniunt boni, more solito, sancta præcedentes. Et reliquus ordo successive intrat. Duodecim vero alæ et propter duodecim discipulos, quos sacravit ab initio Spiritus sancti gratia, et propter duo Cherubim ante tabernaculum stantia et duodecim alas habentia. « Sex enim alæ uni, et sex alæ alteri, » inquit; quod quidem de Seraphim scriptum est. Quidam vero scribunt quatuor alas Cherubim et sex alas Seraphim; eaque majoris ordinis dicunt esse quam Cherubim. Ideo cum supra legem sit Ecclesia, figuram earum sex alarum sibi

D facit et duodecim flabella fert pro numero alarum duorum Seraphim; quando igitur lectores introierunt, diaconi qui alas tenent, constituuntur hinc et inde prope eum qui oleum tenet presbyterum, honorem ipsi gerentes et tanquam obumbrantes. Postquam jam ad sacras fores ille pervenit, tunc patriarcha a sanctis gradibus descendit, et oleum accipit de manibus presbyteri, et in divina illud mensa deponit, majorem tribuens oleo honorem, quam donis nondum consecratis, sed majorem sanctificationem accepit. Etenim sanctificata quidem et Deo oblata dona sunt, sed adhuc imperfecta et solummodo repræsentativa. Oleum autem, etsi nondum consecratum sit, bis tamen a pontifice preces accepit et ab illo benedictum est. Aut, ut mihi verisimilius videtur, quia communionem oleum

Digitized by Google

præcedit. Primum enim oleo ungimur, et deinde mysteria participamus. Et altare primum quidem oleo sanctificatur ; deinde in eo sacra liturgia perficitur. Oportet enim primum nos sanctificari, et tunc sacrata recipere. Deposito igitur in divina mensa, sinistro latere disci , oleo, patriarcha, liturgiam operatur, et postquam sacra peregit, et dixit : « Et erunt misericordis Dei opera, » et priusquam diaconus dicat : « Omnium sanctorum facta commemoratione ; » redit ad sanctæ mensæ gradus, et discooperiens oleum, ter illud signat. Consecrationem jam oleum accipit, et non oportet illud tegi, sed discoopertum esse, et pure ac immediate consecrationem recipere.

σμένῳ ταῖς προσευχαῖς; Καὶ γὰρ ἡγιασμένα μὲν καὶ τὰ ὕδωρ καὶ ἀνατεθειμένα Θεῷ, ἀλλ' ἔτι ἀτέλεστα καὶ ἀντίτυπά εἰσι. Τὸ μύρον δὲ, εἰ καὶ οὔπω τετελεσμένον, ἀλλὰ δι' ἃς προσευχὰς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἐδέξατο, καὶ εὐλογηθὲν ἦν ὑπ' αὐτοῦ· ἢ ὡς καὶ ἀναγκαιότερον ἐμοὶ δοκεῖ, διὰ τὸ προκαταλαμβάνειν τὸ μύρον τῆς κοινωνίας· πρῶτον μὲν γὰρ τῷ μύρῳ χριόμεθα, ἔπειτα δὲ κοινωνοῦμεν τῶν μυστηρίων. Καὶ τὸ θυσιαστήριον πρωτον μὲν τῷ μύρῳ καθαγιάζεται· ἔπειτα δὲ ἐν αὐτῷ τὰ τῆς ἱερουργίας τελεῖται. Δεῖ γὰρ πρῶτον ἁγιασθῆναι ἡμᾶς, καὶ τότε τὸν ἅγιον ὑποδέξασθαι. Θεὶς οὖν ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἐξ ἀριστερῶν τοῦ δίσκου τὸ μύρον ὁ πατριάρχης, καὶ τὰ τῆς λειτουργίας ἐνεργῶν, μετὰ τὸ τελεῖῶσαι τὰ Ἅγια, καὶ εἰπεῖν, « Καὶ ἔσται τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου Θεοῦ, » πρὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν διάκονον· « Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, » ἀνέρχεται εἰς τὴν κρηπῖδα τῆς ἁγίας τραπέζης. Καὶ ἀποκαλύψας τὸ μύρον σφραγίζει τρίς. Τὴν γὰρ τελετὴν ἤδη τὸ μύρον δέχεται. Καὶ οὐ δεῖ κεκαλυμμένον εἶναι, ἀλλ' αὐτὸ καθαρῶς τε καὶ ἀμέσως τὴν τελετὴν ὑποδέξασθαι.

CAPUT LXXIII.

Consideratio precationis super unguento.

Postquam signavit, descendit pontifex, caput inclinat et primam dicit orationem : « Domine misericors, et Pater luminum. » Viden' misericordiæ Dei oleum esse symbolum ? Et reliqua quæ in oleo sunt divinorum donorum sunt figuræ. Sed ecce et pure Spiritus gratiam accipit. Pergit enim Pontifex : « a quo omnis bona gratia et omne donum perfectum. » Et : « Tu es qui in lege et prophetis illud dedisti et apostolis tuis. Emitte in illud Spiritum sanctum tuum, et consecra hoc regium unguentum, spirituale charisma, animas et corpora sanctificans. » Ecce sanctificatum est oleum ; sanctificationem Spiritus illi tribuit. « Oleum exsultationis. » Eximie illud oleum nominat, tanquam misericordiæ Dei donum. « Quod in lege præcessit. » Ecce figura erat quod in lege adhibebatur oleum. « Illuxit autem in novo Testamento. » Vides manifestius datum esse oleum in gratia, abundanter nobis Spiritus sancti dono præstito ? « In quo uncti sunt sacerdotes et pontifices, prophetæ et reges. » Et ipsi primitias Spiritus accepere, ut Moyses et septuaginta viri, qui de Spiritu qui in Moyse erat, accepere ; ut Aaron et Samuel ; et postquam Saul unctus est et peccavit, David per unctionem, et qui eos secuti sunt. « Per quod et ipsos tuos sanctos apostolos, inquit. » Vides et adventum Spiritus sanctum in illos unctionem fuisse ? « Et omnes qui per lavacrum regenerationis ab episcopis et presbyteris regenerati sunt usque hodie. » Ecce non modo pontifices et sacerdotes et prophetæ et reges divinum oleum acceperunt ; sed et quotquot in Christo baptizati, christi Domini facti sunt. Ideo et potestatem habent fideles ex hac unctione (si modo se ipsos in sanctitate custodiant) et prophetandi et charismata operandi, et sexcentis aliis divinis Spiritus donis ditescendi. « Ita, Deus omnipotens, consecra, illud adorandi et sancti tui Spiritus adventu. » Rursum flagitat sanctissimi Spiritus adventum. Ex Patre enim per Verbum in sancto

ΚΕΦΑΛ. ΟΓ'.

Θεωρία τῆς τοῦ μύρου εὐχῆς.

Ὅθεν μετὰ τὸ σφραγίσαι κατέρχεται καὶ κλίνει τὴν κεφαλὴν ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ τὴν πρώτην λέγει εὐχὴν, « Κύριε τοῦ ἐλέους, καὶ Πάτερ τῶν φώτων. » Ὁρᾷς ὅτι ἐλέους Θεοῦ τὸ ἔλαιον σύμβολον; Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τὰ ἐν τῷ μύρῳ τῶν θείων δωρημάτων ἐστὶν ἐκτύπωσις. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ καθαρῶς τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν εἰσδέχεται. Ἐπάγει γὰρ ὁ ἀρχιερεὺς, « Παρ' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον. » Καὶ ὅτι « Σὺ εἶ ὁ καὶ ἐν τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις δοὺς αὐτὸ καὶ τοῖς ἀποστόλοις σου. Ἐξαπόστειλον εἰς αὐτὸ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον. Καὶ τέλεσον αὐτὸ χρίσμα βασιλικὸν, χάρισμα Πνευματικὸν, ἁγιαστικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων. » Ἰδοὺ ἁγιαζόμενον τὸ μύρον. Τὸν ἁγιασμὸν παρέχει τοῦ Πνεύματος. « Ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. » Ἐξαιρέτως δὲ ἔλαιον αὐτὸ καλεῖ, ὡς δόσιν θείου ἐλέους. Τὸ προδεῦσαν μὲν ἐν νόμῳ. Ἰδοὺ προτύπωσις τὸ τοῦ νόμου ἦν μύρον. Ἐκλάμψαν δὲ ἐν τῇ καινῇ Διαθήκῃ. Βλέπεις ὡς τρανότερον δέδοται τὸ μύρον ἐν τῇ χάριτι, πλουσίως ἐν ἡμῖν χορηγηθείσης τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Ἐν ᾧ ἐχρίσθησαν ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, προφῆται καὶ βασιλεῖς. Καὶ αὐτοὶ γὰρ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔλαβον· ὡς Μωϋσῆς καὶ οἱ ἑβδομήκοντα ἐκ τοῦ Πνεύματος, οἳ ἔλαβον τοῦ ἐπ' αὐτῷ· ὡς Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ, καὶ τοῦ Σαοὺλ χρισθέντος καὶ ἁμαρτήσαντος, ὁ Δαβὶδ διὰ χρίσματος· καὶ ἔτι οἱ καθεξῆς. « Δι' οὗ καὶ αὐτοὺς ἔχρισας τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους, » φησίν. Ὁρᾷς καὶ τὴν ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν χρίσμα ἅγιον οὖσαν; καὶ πάντας τοὺς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ὑπὸ τῶν κατὰ καιροὺς; ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἀναγεννηθέντας ἕως τῆς σήμερον. Ἰδοὺ οὐ μόνον οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς καὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς τὸ θεῖον ἔλαβον μύρον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν Χριστῷ βαπτισθέντες πάντες χριστοὶ Κυρίου γενόμενοι· διὸ καὶ δύναμιν ἔχουσιν οἱ πιστοὶ ἀπὸ τοῦ χρίσματος τούτου (εἰ μόνον τηροῦσιν ἑαυτοὺς ἐν ἁγιασμῷ) καὶ προφητεύειν, καὶ ἰάματα ἐνεργεῖν, καὶ μυρία ἄλλα πλουτεῖν θείου Πνεύματος χαρί-

Digitized by Google

σματα. « Ναὶ, δέσποτα 90 Θεὲ παντοκράτορ, ἀνάδειξον αὐτὸ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ προσκυνητοῦ καὶ ἁγίου σου Πνεύματος. » Πάλιν τὴν ἐπιφοίτησιν ἐξαιτεῖται τοῦ παναγίου Πνεύματος. Ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ λόγου ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα ἐν ἡμῖν γίνεται. Καὶ ὡς τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, τῷ Πνεύματι δὲ τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ Πνεύματι τετελείωνται· οὕτω καὶ ἐπὶ πάσῃ δωρεᾷ, ἥτις ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Λόγου ἐν ἁγίῳ χορηγεῖται Πνεύματι, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ εὐδοκεῖ. Ὁ δὲ Υἱὸς αὐτουργεῖ· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τελειοῖ. « Ἔνδυμα ἀφθαρσίας καὶ σφραγῖδα τελειοποιὸν, ἐκτυποῦσαν τοῖς τὸ θεῖόν σου λουτρὸν δεχομένοις τὴν ἁγίαν σου ὀνομασίαν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος. » Ἔνδυμα ἀφθαρσίας, ὅτι ζωοποιὸν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀθανασίαν παρέχει. Σφραγῖδα τελειοποιὸν, ὡς τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν χάριν νέμον ἡμῖν καὶ τὸ ὄνομα· ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ Τριάδι τελειούμεθα. « Εἰς τὸ εἶναι δὲ αὐτοὺς ἐνώπιόν σου ἐπιγνωστοὺς, » τουτέστι γνωρίμους σοὶ τῷ Θεῷ. Ὦ τῆς δωρεᾶς τοῦ θείου μύρου! ὦ τῆς μεγίστης χάριτος! πόσου ἄρα ἀπολιμπάνεται δώρου, ὁ μὴ τούτου τυχὼν τοῦ χαρίσματος; « Οἰκείους, φησὶ, καὶ πολίτας, δούλους σου καὶ παιδίσκας. » Ὥστε ἐκ τοῦ μύρου ἐστὶ τὸ οἰκείους εἶναι Θεῷ καὶ δούλους γνησίους τοὺς εὐσεβεῖς. Μεγίστη ὄντως ἡ δωρεά. « Ἀλλὰ καὶ ἡγιασμένους, φησὶ, ψυχῇ τε καὶ σώματι. » Ἰδοὺ καὶ ἁγίους τούτους ποιεῖ καὶ ἀναμαρτήτους· ἐπάγει γὰρ, « Ἀπηλλαγμένους πάσης κακίας, καὶ πάσης ἁμαρτίας λελυτρωμένους τῇ περιβολῇ τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας. » Ὁ δὴ μετὰ τοῦ λουτροῦ τὸ μύρον ἐστί. Καὶ ὅρα μέγιστον ἄλλο δῶρον. « Ἐπιγινώσκεσθαι δὲ, φησὶ, διὰ τῆς ἁγίας σου ταύτης σημειώσεως ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ ὑπὸ πάσης ἐπουρανίου δυνάμεως. » Ὥστε σύμμορφοι τοῖς ἀγγέλοις διὰ τοῦ μύρου γινόμεθα, καὶ ἐπιγνωστοὶ διὰ τούτου τούτοις ἐσμέν. Λοιπὸν οἱ μὴ χρισθέντες τῷ μύρῳ οὔτε τῷ Θεῷ, οὔτε τοῖς ἀγγέλοις γνώριμοι, καὶ ἀσφράγιστοι οὗτοι καὶ ἀσημείωτοι τῷ Χριστῷ. Ὅρα δὲ καὶ ἕτερον μέγα δῶρον. Καὶ φοβερούς φησι πᾶσιν ὑπάρχειν τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκαθάρτοις δαίμοσιν. Ὥστε οἱ σεσημειωμένοι τῷ θείῳ μύρῳ καὶ τοῖς δαίμοσι φοβεροί. Ὦ τῆς μεγίστης τοῦ Θεοῦ χάριτος! Ὅρα δὲ ἔτι καὶ τί ἄλλο ἡμεῖς οἱ πιστοὶ διὰ τοῦ θείου μύρου γινόμεθα. « Ἵνα ὦσί σοι, φησὶ, λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, ἐσφραγισμένοι διὰ τοῦ ἀχράντου σου μύρου τούτου. Λοιπὸν διὰ τούτου τὴν σφραγῖδα τῆς ἁγίας Τριάδος ἐν ἑαυτοῖς περιφέρομεν. Ὁ μὴ χρισθεὶς ἄρα τῷ θείῳ μύρῳ τούτῳ ἀσφράγιστος. Ἀλλὰ καὶ τί μέγιστον ἄλλο δῶρον παρέχεται ἡ εὐχή; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πᾶσαν ἐξέθηκα, ἵνα γνῶμεν τὰς διὰ τοῦ μύρου δωρεάς. « Καὶ ἔχοντες, φησὶ, τὸν Χριστόν σου ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰς κατοικητήριόν σου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. » Ἰδοὺ δι' αὐτοῦ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· καὶ κατοικητήρια

Spiritu omnia in nobis fiunt. Et quemadmodum Verbo Domini cœli firmati sunt, Spiritu vero oris ejus omnis virtus eorum ; in ipso enim Spiritu perfecti sunt ; ita et de omni dono quod ex Patre per Verbum in sancto Spiritu præstatur, et præsertim post Verbi Dei pro nobis incarnationem. Pater enim approbat, Filius operatur, sanctus autem Spiritus perficit. « Indumentum immortalitatis, et perfectionis signaculum imprime in eis qui divinum tuum baptisma recipiunt, sanctum tuum nomen et unigenitis Filii tui, et Spiritus sancti tui. » Indumentum immortalitatis, quia vivificat Spiritus et immortalitatem præstat ; signaculum perfectionis, tanquam nobis sanctissimæ Trinitatis gratiam et nomen tribuens ; quoniam in Trinitate consecramur. « Ut sint et ipsi coram te cogniti, » id est, tibi Deo noti. O Divini olei donum ! O maximam gratiam ! quanto igitur dono caret qui non illud charisma obtinet ! « Familiares tui et cives, inquit, servi tui et ancillæ, » ita ut ex hoc oleo fiat ut pii familiares et servi Dei sint : maxima sane gratia ! « Sed et sanctificati anima et corpore. » Ecce eos sanctos effici et mundos. Pergit enim : « Omni malitia liberati et omni peccato mundati, vestimento immortalitatis hujus circumdati ; quod sane fit post baptismi unctionem. Et vide maximum aliud donum. « Noscantur, inquit, per sanctum tuum signaculum, a sanctis angelis et archangelis et ab omni cœlesti Virtute. » Ita ut Angelis conformes per oleum fiamus, et cognitu faciles per illud iis simus. Qui non uncti sunt oleo neque Deo neque angelis noti sunt neque Christo signati et insigniti. Vide et aliud magnum donum. « Terribiles sint, inquit, omnibus malis et impuris dæmonibus. » Ita ut qui divino unguento signati sunt, formidandi sint dæmonibus. O maximam Dei gratiam ! Vide autem adhuc quid aliud nos fideles per divinum oleum fiamus : « Ut sint tibi, inquit, populus dives, regale sacerdotium, gens sancta, signati hoc sincero oleo tuo. » Igitur per illud in nobis sanctæ Trinitatis signaculum circumferimus. Qui non igitur divino illo unguento unctus est, ille non est signatus. Sed quodnam maximum donum oratio hæc præstat ? Ideo igitur eam totam exposui, ut noverimus quas gratias per oleum accipiamus. « Et habentes, inquit, Christum tuum in cordibus nostris, in sedem tuam Dei et Patris in sancto Spiritu. » Ecce per illud Christus habitat in cordibus nostris, et domicilia et templa Dei consecramur et Patris et Filii ejus Jesu Christi et sancti Spiritus. Illud igitur unguentum perficit baptisma et Trinitatis templa nos efficit. Ideo et post baptisma datur. Et adventum Spiritus sancti in nobis præstat, quem ostendit Salvator in Jordane baptizatus. Et per illud unguentum spirituales, et gratia armati sumus, et divina Trinitate signati sanctificamur quidem et mundamur et regeneramur in sancta aqua, Trinitatis invocatione. Per hoc autem unguentum dona illius accipiunt. Et quemadmodum qui non baptizatur,

Digitized by Google

non mundatur, ita qui post baptismum non unctus est signaculum et impressionem Trinitatis non habet, neque gratiam Spiritus. Inter se adhærent divina mysteria, et quemadmodum non dividitur Trinitas, nec dividuntur ejus dona. Postquam igitur hanc orationem perfecit patriarcha, vocem extollit, addens : « Sanctus es, Deus noster et in sanctis requiescis ; » pro adimpleto mysterio gratias agens. « Sacrificans igitur est unguentum, utpote gratias præstans et sanctissimi Spiritus sanctificationem. Deinde : « Pax omnibus, » inquit. Et illud convenientissime. Pacis enim præstitor est sanctus et suavissimus Spiritus. Et postquam diaconus dixit : « Capita nostra Domino inclinemus, inclinat caput. Oportet enim in tantis donis, demitti et Deo gratias agere. Et secundam addit orationem : « Tibi omnium Deo et regi. » Collum cordis gratias agentes inclinamus. Gratos id servos facere decet. Et quare? Quia, « cum indigni essemus, dignatus es nos mysteriorum tuorum ministros efficere. » Et vere maximum est donum ; nos enim terrestres et corruptibiles cœlestium ministros effecit. « Et misericordiam tuam confitentes quam super nos abundanter effudisti. » Ecce et rursum docet quare oleum sanctificetur, nempe in signum misericordiæ Dei. *Effudisti* autem dixit propter Spiritum sanctum, quem promisit per Joelem se in omnem carnem effusurum. « Ut per te, inquit, recipiamus sanctificationem, tanquam unguentum in capite, oramus. » Ecce est unguenti hujus eximia virtus, sanctificatio. « Quare, ait, unguentum nomine mutatum est et nomen accepit unigeniti Filii tui, Christi Dei nostri, in quo omnis mundus salvatus est, sive visibilis, sive invisibilis. » E cantico canticorum hymnum orationis cœlesti et festivo et odoratissimo animarum Sponso concinit pontifex. Deinde assurgens, vocem extollit : « Te decet super omnia adoratio, Patrem et Filium et Spiritum sanctum et nunc et semper et in sæcula sæculorum. » Id est, tu solus adorandus es et nemo alius, et omnes tu sanctificas, et tibi ab omnibus debetur adoratio. A καὶ ναοὶ τελούμεθα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τοῦτο ἄρα τὸ μύρον τελειοῖ τὸ βάπτισμα, καὶ τῆς Τριάδος ναοὺς ἡμᾶς ἀπεργάζεται. Διὰ τοῦτο μετὰ τὸ βάπτισμα δίδοται· καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν χορηγεῖ τοῦ Πνεύματος ἐν ἡμῖν, ἣν ἔδειξεν ὁ Σωτὴρ βαπτιζόμενος ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Καὶ διὰ τούτου τοῦ μύρου πνευματικοὶ καὶ κεχαριτωμένοι γινόμεθα, καὶ τῇ θείᾳ Τριάδι ἐσφραγισμένοι. Ἁγιαζόμεθα μὲν γὰρ καὶ καθαιρόμεθα καὶ ἀναγεννώμεθα ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι τῇ ταύτης ὀνομασίᾳ. Διὰ τοῦ μύρου δὲ τὴν σφραγῖδα ταύτης καὶ τὰς δωρεὰς λαμβάνομεν. Καὶ ὥσπερ ὁ μὴ βαπτισθεὶς οὐ καθαίρεται, οὐδὲ ἀναγεννᾶται εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· οὕτως ὁ μετὰ τὸ βάπτισμα μὴ χρισθεὶς οὐ τὴν σφραγῖδα καὶ σημείωσιν ἔχει τῆς B ἁγίας Τριάδος, οὐδὲ **91** τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Ἀλλήλων γὰρ ἔχονται τὰ θεῖα μυστήρια καὶ ὥσπερ ἀδιαίρετος ἡ Τριὰς, καὶ τὰ ταύτης δωρήματα. Ταύτην οὖν τὴν εὐχὴν τελειώσας ὁ πατριάρχης, ἐκφωνεῖ, ἐπιλέγων, « Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ ἁγίοις ἐπαναπαύῃ, » ἀκολούθως τῷ μυστηρίῳ εὐχαριστῶν. Ἁγιαστικὸν γὰρ τὸ μύρον ὡς παρεκτικὸν τῶν χαρίτων καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ παναγίου Πνεύματος. Εἶτα, « Εἰρήνη πᾶσι, » φησί. Καὶ τοῦτο ἁρμοδίως. Εἰρήνης γὰρ χορηγὸν τὸ εὐθὺς καὶ ἱλαρώτατον Πνεῦμα. Καὶ τοῦ διακόνου εἰπόντος, « Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν, » κλίνει τὴν κεφαλήν. Δεῖ γὰρ ὑποπίπτειν ἐν τοῖς οὕτω μεγίστοις δώροις, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ· καὶ τὴν δευτέραν ἐπιλέγει εὐχήν· « Σοὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων C καὶ βασιλεῖ τὸν αὐχένα τῆς καρδίας εὐχαριστοῦντες ἐκλίναμεν. » Τοῦτο γὰρ δέον τοὺς εὐχαρίστους δούλους ποιεῖν. Καὶ τίνος χάριν; « Ἀνθ' ὧν ἀναξίους ὄντας ἡμᾶς, διακόνους γενέσθαι τῶν θείων σου τούτων κατηξίωσας μυστηρίων. » Καὶ ὄντως τὸ δῶρον μέγιστον. Τοὺς γηΐνους γὰρ καὶ φθαρτοὺς ὑπηρέτας ὑπέδειξε τῶν ἐπουρανίων. « Καὶ τὸν ἔλεόν σου κηρύττοντες, ὃν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως ἐξέχεας. » Ἰδοὺ καὶ πάλιν διδάσκει, διατί τὸ ἔλαιον ἁγιάζεται· ὅτι εἰς θείου τύπον ἐλέους. Τὸ δὲ ἐκχέαι διὰ τὸ Πνεῦμα, ὅπερ εἶπεν ἐκχέαι ἐπὶ πᾶσαν σάρκα διὰ τοῦ Ἰωήλ. « Δέξασθαι, φησὶ παρὰ σοῦ τὸν ἁγιασμὸν, ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς ἐκτεύομεν. » Ἰδοὺ καὶ ἡ τοῦ μύρου ἐξαίρετος δύναμις· ὁ ἁγιασμός. « Διότι, φησὶ, μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἐν ᾧ σύμπας ὁ κόσμος εὐωδιάζεται, ὅσος ὁρατὸς καὶ ὅσος ἀόρατος ἀπὸ τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων· τὸν ὕμνον τῆς εὐχῆς τῷ οὐρανίῳ καὶ ὡραίῳ καὶ εὐωδεστάτῳ τῶν ψυχῶν νυμφίῳ προσάγων ὁ ἀρχιερεύς. Εἶτα ἐξαναστὰς ἐκφωνεῖ· « Ὅτι πρέπει σοι ἡ παρὰ πάντα προσκύνησις τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Τουτέστι, Σὺ μόνος προσκυνητὸς, καὶ οὐδεὶς ἄλλος, καὶ πάντας σὺ ἁγιάζεις, καὶ ἡ παρὰ πάντων ὀφείλεταί σοι προσκύνησις.

CAPUT LXXIV.

Quod omnes quidem fideles unguentum, soli autem episcopi et sacerdotes impositionem manuum suscipiant.

His actis et dictis, unguentum jam super sacram mensam consecratum est et ex eo omnis baptizatus et unguitur, et signatus sanctificatur ; et sancta cum templis altaria inuncta consecrantur et plena fiunt gloria Dei et sanctitate. Et reges deinde uncti in christos Domini consecrantur, et sanctorum

D

ΚΕΦΑΛ. ΟΔ'.

Ὅτι πιστοὶ μὲν πάντες τὸ μύρον δέχονται, μόνοι δὲ παρὰ πάντας ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς τὴν χειροτονίαν.

Τούτων πραχθέντων καὶ λαληθέντων, τὸ μύρον ἤδη ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης τετελεσμένον ἐστὶ· καὶ ἐξ αὐτοῦ πᾶς βαπτισθεὶς καὶ χρίεται, καὶ σημειούμενος ἁγιάζεται. Καὶ τὰ ἱερὰ σὺν τοῖς ναοῖς χριόμενα, καθιεροῦται θυσιαστήρια, καὶ πλήρη δόξης Θεοῦ καὶ ἁγιασμοῦ γίνεται. Καὶ βασιλεῖς δὲ ἐκ δευ-

Digitized by Google

τερου χριόμενοι, εἰς χριστοὺς Κυρίου τελειοῦνται, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἄρχοντες ἀναδείκνυνται. Οἱ ἀρχιερεῖς δὲ καὶ ἱερεῖς μόνοι τῇ χειροτονίᾳ τελοῦνται, ἣν δὴ οὔτε βασιλεὺς, οὔτε μοναχὸς ἐπιδέχεται. Ἰδίᾳ δὲ αὕτη ἡ χάρις ἐστὶ, καὶ τῆς παντουργοῦ καὶ ἀναπλαττούσης καὶ ἁγιαζούσης τὰ πάντα δυνάμεως. Ὅμως εἰ ἐξετάσεις, καὶ τὰς χειροτονίας ἐν τῷ μύρῳ τελειουμένας εὑρήσεις.

A principes ostenduntur. Pontifices autem et sacerdotes soli ordinatione consecrantur; quam neque rex neque monachus accipiunt. Ea autem est singularis gratia et hujus virtutis omnipotentis quæ omnia format et sanctificat. Attamen, si inquiras, et ordinationes in oleo consecratas invenies.

Κληρικός. Ἔγνωμεν, δέσποτα, περὶ τῶν εἰρημένων ἀκριβῶς, καὶ εὐφροσύνης ἐπλήσθημεν· καὶ χάρις τῷ ἐνεργοῦντι ταῦτα δι' ἡμᾶς, Θεῷ. Τράνωσον δὲ ἡμῖν καὶ περὶ τῶν ἑξῆς· καὶ τοῦτο μᾶλλον ὃ νῦν εἶπας δήλωσον, πῶς; καὶ αἱ χειροτονίαι ἐν τῷ μύρῳ γίνονται.

Clericus. Novimus, domine, de prædictis accurate et lætitia impleti sumus. Et gratias Deo, qui propter nos hæc operatur. Explica autem nobis et ea quæ sequuntur, et illud primum quod dixisti, ordinationes in unguento fieri.

ΚΕΦΑΛ. ΟΒ'.

Ὅτι δι' ἀλλήλων δίδονται τὰ μυστήρια, καὶ δι' ἀλλήλων τελειοῦνται.

B

CAPUT LXXV.

Quod invicem dantur sacramenta et mutuo invicem perficiuntur.

Ἀρχιερεύς. Ἵνα ἡ διαδοχὴ ἀεὶ μένῃ τῆς χάριτος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὔτε τὸ μύρον δίχα μύρου τελεῖται, οὔτε χειροτονία χωρὶς τοῦ μύρου. Διὸ καὶ ἡ ἱερωσύνη ἐν τῷ μύρῳ γίνεται. **92** Καὶ τοῦτο γνώσῃ ἐντεῦθεν· ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προτίθεται καὶ τελεῖται τὸ μύρον. Χωρὶς δὲ θυσιαστηρίου οὐ δυνατὸν τελεσθῆναι. Τὸ θυσιαστήριον δὲ προκεχρισμένον ἐστὶ τῷ μύρῳ, καὶ δι' αὐτοῦ καθηγίασται. Ἐν τῷ μύρῳ ἄρα τὸ μύρον ἐκτελεῖται. Καὶ πάλιν διὰ τοῦ ἀρχιερέως τὸ μύρον ἱερουργεῖται· καὶ χωρὶς ἀρχιερέως οὐ δυνατόν. Οὗτος δὲ κεχρισμένος τῷ μύρῳ ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ χειροτονίαν ἔχων τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος. Ἐξ ἀλλήλων ἄρα τὰ χαρίσματα δίδονται· ἐπειδὴ τοῦ αὐτοῦ καὶ μόνου ἐν Τριάδι Θεοῦ τελοῦσι δωρήματα. Καὶ αἱ χειροτονίαι δὲ ἐν τῷ μύρῳ γίνονται, ὡς ἔφημεν· αὗται γὰρ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τελοῦνται. Τὸ θυσιαστήριον δὲ τῷ μύρῳ κεχρισμένον ἐστὶ, καὶ χωρὶς θυσιαστηρίου οὐδεὶς τῶν ὀρθοδόξων χειροτονεῖται. Ἐν τῷ μύρῳ ἄρα καὶ ἡ χειροτονία τῶν ἱερέων, ἰδίᾳ καὶ τὴν χειροθεσίαν καὶ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Πνεύματος ἔχουσα. Καινοτομοῦσι δὲ καὶ οἱ τῷ μύρῳ ἐν ταῖς χειροτονίαις νομικῶς χριόμενοι Λατῖνοι, καὶ χωρὶς τοῦ θυσιαστηρίου χειροθετούμενοι, καὶ ἀχαρίτωτοι οὗτοι. Παρ' ἐπισκόπου δὲ μόνον τὸ μύρον τελεῖται, ὡς καὶ ἐν τῇ τελετῇ τοῦ μύρου τοῦτο ἐπιγέγραπται, « Ὅτι φωτιστικὸς ὁ ἐπίσκοπος, καὶ τελείαν ἔχων τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν μεταδοτικὴν πλουτεῖ τῶν θείων φώτων χάριν· » τουτέστι τῶν χαρισμάτων τὴν δωρεάν, τὸν Πατέρα τῶν φώτων Θεὸν ἐκμιμούμενος.

Pontifex. Ut gratiæ successio semper a Christo ad nos permaneat, neque unguentum sine unguento consecratur, neque ordinatio absque unguento. Ideo et ordinatio in unguento fit. Et illud inde nosces: in altari deponitur oleum et consecratur, et absque altari non potest consecrari. Altare vero antea oleo consecratum est et per illud sanctificatum. In oleo igitur oleum sanctificatur. Et rursum per pontificem unguentum consecratur, et sine pontifice non potest. Ille vero oleo consecratus est in baptismate, et ordinationem habens Spiritus sancti gratia. Alia igitur aliis dantur charismata; quoniam ejusdem ac solius in Trinitate Dei dona consecrant. Et ordinationes in unguento fiunt, ut dicimus: ipsæ enim in altari consecrantur. Altare vero unguento unctum est; et absque altari, nemo orthodoxorum ordinatur. In unguento igitur et sacerdotum ordinatio, cui propriæ sunt et manuum impositio et Spiritus invocatio. Innovant autem Latini in ordinationibus, ut in lege fiebat, oleo uncti, et absque altari ordinati, atque sic absque gratia. Ab episcopo autem solo unguentum consecratur, ut et in unguenti consecrationis ritu inscriptum est: « Quia episcopus magis illuminatus est et perfectam habet Spiritus gratiam, ideoque possidet et gratiam lumen divinum tradendi; » id est charismatum donum, Patrem luminum Deum imitans.

C

ΚΕΦΑΛ. ΟΓ'.

Ὅτι ἑπτὰ τελετὰς ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὁ ἐπίσκοπος.

D

CAPUT LXXVI.

Quod septem potestates cæremoniarum curandarum in se habet episcopus.

Διὸ καὶ τελετὰς ἑπτὰ περιφέρει κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν θείων ἐνεργειῶν τοῦ Πνεύματος. Αὗται δέ εἰσι βάπτισμα, μύρου χρίσις, ἀναγνώστου σφραγὶς, χειροθεσία ὑποδιακόνου, χειροτονία διακόνου, πρεσβυτέρου, καὶ ἐπισκόπου. Ἐν τούτοις οὖν τετελεσμένος, ἣν μεταδοτικὴν μόνος κέκτηται χάριν. Διὸ μόνος καὶ τὰς χειροτονίας καὶ τὸ μύρον ἐνεργεῖ. Δι' αὐτῶν δὲ τῶν δύο φθάνει τε παντεχοῦ, καὶ τὰ πάντα αὐτὸς ἐνεργεῖ, τὸν Θεὸν ἐκμιμούμενος, καὶ τὴν αὐτοῦ πλουτῶν χάριν. Καὶ γὰρ ὁ ἀρχιερεύς ἐστιν ὁ τὰ πάντα

Ideo et septem consecrationes circumfert juxta numerum divinorum Spiritus sancti donorum. Illæ autem sunt, baptismus, unguenti unctio, lectoris character, subdiaconi ordinatio, diaconi, presbyteri et episcopi. In iis igitur consecratus, transmittendi solus gratiam possidet. Ideoque solus ordinationes et oleum operatur. Per hæc autem duo quemlibet in locum se transfert et omnia ipse operatur, Deum imitans et divitiarum ejus possidens gratiam. Etenim pontifex est qui omnia per sacerdotes et

Digitized by Google

cæteros clericos (cum ipsos ordinaverit) in mysteriis operatur. Et Dionysius illud dicit.

Clericus. Et quomodo id fit, Pater?

CAPUT LXXVII.

Quod solum ab episcopo sacrum unguentum manuumque impositiones: et per eum in omnibus sacris ritibus gratia episcopalis præstatur.

Pontifex. Audi. Nemo sacerdos sacra facere in spiritu valet, aut aliud quoddam operari, nisi ordinationem habeat. Rursum sacerdos mysteria non operatur sine altari. Illud autem oleo sanctificatur. Oleum autem per episcopum solum consecratur. Igitur sine episcopo neque sacrificium, neque sacerdos neque omnino altare. Igitur hæc omnia per episcopum sunt. Rursum nemo baptizat, nisi ordinationem habeat; ea autem est per episcopum. Et rursum non potest baptizare sine oleo; id autem a pontificatu venit. Igitur omnia divina mysteria et in omnibus consecratis episcopatus operatur. Et absque episcopali potentia, neque altare erit, neque ordinatio, neque sacrum oleum, neque baptismus, neque igitur Christiani. Per hanc igitur verus christianismus, et omnia Christi per hanc mysteria. Bene autem non unguntur sensibiliter qui ordinantur, quia nihil materiale operantur, sed omnia spiritualia, et quia ad rerum accesserunt unguentum, quod Christus est, cujus unguentum nomen accepit.

CAPUT LXXVIII.

Quod fons sacerdotii est Christus, et ab illo percussessores ejus gratia derivatur.

Ex divinis igitur illis manibus et ore benedictionem et inspirationem et ordinationem recipientes et gratiam, nos qui consecrati sumus gratiam, accipimus per eos quos sanctificavit per successionem. Et fons gratiæ nobis Christus, qui et operatur omnia in omnibus.

Clericus. Et quomodo septem solum modo accipit consecrationes Pontifex, cum sit monachus plerumque et communionis particeps?

Pontifex. Communionem accipere omnibus fidelibus datum est, neque est in pontifice consecratio, sed consecratur ipsum sanctissimum Christi corpus et sanguis et fidelibus omnibus in communionem datur. Et est secundum se ipsam ea sola, omnium consecrationum consecratio, tradita tantummodo in communionem. Status vero monachi est pœnitentiæ proprius status; qui lapsum purificat, et sustollit eum qui decidit. Non autem consecrat in pontificem. Ideo et absque eo statu episcopi constituuntur. Monachi vero qui non recte vivunt, non ad sacerdotium pervenire valent. Viden' bonum Ecclesiæ ordinem?

Clericus. Et de iis didicimus. Igitur, domine, quæ consequuntur, nos doceas. Necessaria quædam cognitu nobis occurrunt inquisitione facta.

διὰ τῶν ἱερέων καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν (χειροτονήσας αὐτοὺς) ἐνεργῶν ἐν τοῖς μυστηρίοις. Καὶ Διονύσιος τοῦτό φησι.

Κληρικός. Καὶ πῶς τοῦτο γίνεται, Πάτερ;

ΚΕΦΑΛ. ΟΖ'.

Ὅτι παρ' ἐπισκόπου μόνον τὸ μύρον καὶ αἱ χειροτονίαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν πάσαις ταῖς τελεταῖς ἡ ἐπισκοπικὴ φθάνει χάρις.

Ἀρχιερεύς. Ἄκουσον. Οὐδεὶς ἱερουργεῖν ἱερεὺς ἰσχύει ἐν πνεύματι, ἢ ἄλλο τι διενεργεῖν, εἰ μὴ χειροτονίαν ἔχῃ. Αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ἀρχιερέως ἐστίν. Ἆρα ἡ ἀρχιερωσύνη δι' αὐτοῦ ἐνεργεῖ. Αὖθις ὁ ἱερεὺς οὐ τὰς μυσταγωγίας ἐνεργεῖ χωρὶς θυσιαστηρίου. Τοῦτο δὲ διὰ τοῦ μύρου ἁγιάζεται. Τὸ μύρον δὲ διὰ τοῦ ἀρχιερέως μόνου τελεῖται. Ἆρα χωρὶς ἀρχιερέως οὔτε θυσία, οὔτε ἱερεὺς, οὔτε θυσιαστήριον ὅλως. Λοιπὸν πάντα ταῦτα διὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰσί. Πάλιν οὐδεὶς βαπτίζει, εἰ μὴ χειροτονίαν ἔχῃ· αὕτη δὲ ἐξ ἀρχιερέως. Καὶ πάλιν οὐ δύναται βαπτίζειν δίχα τοῦ μύρου. Τοῦτο δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐστίν. Ἆρα πάντα τὰ θεῖα μυστήρια καὶ ἐν πᾶσιν ἱερωμένοις ἡ ἀρχιερωσύνη ἐνεργοῦσά ἐστι· καὶ χωρὶς ταύτης οὔτε θυσιαστήριον ἔσται, οὔτε χειροτονία, οὔτε μύρον ἅγιον, οὔτε βάπτισμα· οὔτε ἄρα Χριστιανοί. Δι' αὐτῆς οὖν ὁ ἀληθὴς Χριστιανισμὸς, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ **93** δι' αὐτῆς πάντα μυστήρια. Καλῶς δὲ οὐ χρίονται οἱ χειροτονούμενοι αἰσθητῶς, ὅτι οὐδὲν τῶν ὑλικῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλὰ πάντα πνευματικὰ, καὶ ὅτι τῷ ἀληθινῷ προσήγγισαν μύρῳ, ὅπερ ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα.

ΚΕΦΑΛ. ΟΗ'.

Ὅτι πηγὴ τῆς ἱερωσύνης ὁ Χριστὸς καὶ ἐξ ἐκείνου διὰ τῶν διαδόχων αὐτοῦ ἡ χάρις μετοχετεύεται.

Ἐκ τῶν θείων οὖν ἐκείνων χειρῶν καὶ τοῦ στόματος λαβόντες τὴν εὐλογίαν καὶ ἔμπνευσιν καὶ τὴν χειροτονίαν καὶ χάριν, διὰ τῶν ἐξ ἐκείνου ἁγιασθέντων κατὰ διαδοχὴν τὴν χάριν οἱ ἱερωμένοι λαμβάνομεν· καὶ πηγὴ ἡμῖν τῆς χάριτος ὁ Χριστὸς, ὃς δὴ καὶ ἐνεργεῖ τὰ πάντα ἐν πᾶσι.

Κληρικός. Καὶ πῶς ἑπτὰ μόνον λαμβάνει τελετὰς ὁ ἀρχιερεὺς, μοναχὸς ὢν, πολλάκις καὶ κοινωνίας μετέχων;

Ἀρχιερεύς. Τὸ κοινωνεῖν πᾶσι πιστοῖς πρόκειται, καὶ οὐ τελετὴ εἰς τὸν ἀρχιερέα ἐστὶν, ἀλλ' εἰς τὸ ἱερουργηθῆναι αὐτὸ τὸ πανάγιον σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα, καὶ τοῖς πιστοῖς ἅπασιν εἰς κοινωνίαν δοθῆναι· καὶ ἔστι καθ' ἑαυτὴν αὕτη μόνη πασῶν τελετῶν τελετὴ, μεταδιδομένη μόνον εἰς κοινωνίαν. Τὸ σχῆμα δέ γε τοῦ μοναχοῦ τῆς μετανοίας ἐστὶν ἴδιον· ὃ καὶ καθαίρει τὸν πταίσαντα, ἢ ἀνυψοῖ τὸν προκόπτοντα. Οὐ τελειοῖ δὲ εἰς ἱερέα. Διὸ καὶ χωρὶς τοῦ σχήματος ἐπίσκοποι καθιστῶνται. Μοναχοὶ δὲ μὴ τὸν βίον ἁρμόδιον ἔχοντες, οὐ πρὸς ἱερωσύνην ἐλθεῖν ἰσχύουσιν. Ὁρᾷς τὴν εὐταξίαν τῆς Ἐκκλησίας;

Κληρικός. Καὶ ὑπὲρ τούτου ἐμάθομεν. Λοιπὸν, δέσποτα, καὶ τὰ ἀκόλουθα δίδαξον ἡμᾶς. Ἀναγκαῖα γάρ τινα ἡμῖν πρὸς γνῶσιν ἔρχονται, τῆς ζητήσεως γινομένης.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ.

DE SACRA LITURGIA.

Ἀρχιερεύς. Χάρις ὑμῖν, ἀδελφὲ, δι' ὑμῶν γὰρ καὶ αὐτὸς πρὸς τοῦτο κινούμενος, τινὰ τῶν ἀναγκαίων μανθάνω. Καὶ οὐκ αἰδοῦμαι τοῦτο ὁμολογεῖν. Δι' ὑμᾶς οὖν καὶ δι' ἐμὲ, καὶ ἔτι λέξω τὰ κατὰ δύναμιν. Καὶ λοιπὸν ἀκόλουθον ἂν εἴη, περὶ τῆς φρικτῆς καὶ θείας ἱερουργίας διαλαβεῖν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ μέγας ἐκτίθησι Διονύσιος, μετὰ τὴν τελετὴν τοῦ θειοτάτου μύρου περὶ ταύτης εἰπών. Πλὴν μήτις τολμητὰς ἡμᾶς ὑποπτεύσειε, μηδὲ ὑψηλοφροσύνην ἡμῖν ἐγκαλέσειε, περὶ τῶν οὕτω μεγίστων ἐπιχειροῦσι λέγειν, ἃ δὴ ἀποστολικοὶ καὶ θεῖοι ἄνδρες ἡρμήνευσαν, καὶ τοιοῦτοι, ὡς ὑπεραρθῆναι τῶν οὐρανῶν, καὶ Θεοῦ μυστήρια ἄῤῥητα μυηθῆναι. Οὐχ ἵνα τοίνυν περισσότερον εἴποιμεν, μηδαμῶς ἡμῖν, Κύριε, ἡ τοιαύτη ἔλθοι ἀπόνοια, καὶ βλασφημία μᾶλλον εἰπεῖν· ἀλλ' ἁγιαζόμενος τὸν νοῦν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐκείνοις, καὶ ὁδηγούμενος ὡς τέκνον καὶ δοῦλος αὐτῶν εἰς φῶς γνώσεως θειοτέρας, ἐξ ὧν ἐκεῖνοι οὐρανίως καὶ ἀξίως αὐτῶν συνεγράψαντο, ὅσον ἐγχωρεῖ τὰ παρ' ἐκείνων κἀμοί τε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐκτίθημι ἐν ἀγάπῃ. Καὶ τοῦτο ἐπιταγὴ ἐκείνων καὶ κέλευσμα· καὶ ὅτι ἐπεὶ ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν τῆς αὐτῶν χάριτος ἠξιώμεθα, ἀναγκαῖον περὶ ὧν ἐνεργοῦμεν θείων, ἐξετάζειν καὶ μεριμνᾷν, ἵνα πρὸς γνῶσιν χειραγωγώμεθα μείζονα κατὰ τὴν ἐκείνων ἐκμίμησιν· ὅτι καὶ τούτου χάριν οὗτοι τὰ θεῖα ἡρμήνευον. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, ἣν εὐχαριστίαν καὶ κοινωνίαν 94 ὁ ἰσαπόστολος ὀνομάζει ἱερὸς Διονύσιος, ἐκ τούτου καὶ λοιπῶν ἄλλων ὁμοίων αὐτῷ λαβόντες τὰς ἀφορμὰς, καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν κατὰ δύναμιν, περί τε ναοῦ θείου, καὶ τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων, καὶ περὶ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας· καὶ νῦν ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις ὡς ἐν βραχεῖ τὰ περὶ τούτου ὡς ἰσχὺς ἑρμηνεύσομεν διά τε τὸ τοῦ λόγου ἑπόμενον, καὶ τὴν τάξιν τῶν μυστηρίων. Κοινωνία τοίνυν ἐστὶν ἕνωσις Θεοῦ μεθ' ἡμῶν, θέωσις ἡμῶν, ἁγιασμὸς, χάριτος πλήρωμα, ἔλλαμψις, ἀποτροπὴ παντὸς ἐναντίου. Χορηγία παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τί ἕτερον ἢ Θεοῦ σύγκρασίς τε καὶ κοινωνία; Τοῦτο μυστήρων μυστηρίων, καὶ ἁγίων ἁγιασμὸς, καὶ ὄντως ἁγίων ἅγιον, καὶ τελετῶν ἁπασῶν τελετὴ, καὶ τελετάρχη τε καὶ τελεστική. Ἐπεὶ καὶ ὁ μόνος τελετάρχης Λόγος αὐτὴν εἰργάσατο καὶ παρέδωκε, καὶ αὐτός ἐστιν αὕτη· καὶ ἵνα μένῃ μεθ' ἡμῶν αὐτὴν παραδέδωκεν. Ὁ μὲν οὖν θεῖος Διονύσιος συνάγων τὰ τῆς τελετῆς τῆς μεγίστης ταύτης τῇ μεγίστῃ

A *Pontifex.* Gratias vobis, frater; per vos et ipse ad id motus, aliqua necessaria disco. Et id non erubesco fateri. Propter vos igitur et propter me, dicam adhuc pro viribus. Oporteret igitur ut de terribili ac divina consecratione dissereremus. Ita enim magnus Dionysius deponit, et post divini olei ritum, de ea locutus est. Sed nemo tamen nos audaces suspicetur esse, neque superbiam nobis exprobret, si de tantis dicere tentamus, quæ apostolici et divini viri interpretati sunt; et tales, ut in cœlos sublevarentur et ineffabilibus mysteriis initiarentur. Non ut quid ultra dicamus; procul a nobis absit, Domine, talis cogitatio, aut potius blasphemia; sed mente sanctificatus ex iis quæ dixerunt et directus tanquam filius et servus
B eorum ad divinæ scientiæ lumen, iis quæ ipsi cœleste et digne conscripsere, quantum licet, ea ab ipsis mutuata et mihi et fratribus in charitate expono. Et hoc est eorum consilium et mandatum. Et quoniam per eorum preces, eorum quoque gratia digni habemur, necesse est, ut de iis quæ operamur divinis, inquiramus diligenter, ut ad majorem perducamur scientiam juxta ipsorum imitationem; hujus enim scientiæ gratia, ii divina interpretati sunt. Quæ igitur sacræ liturgiæ sunt, Eucharistiam et communionem nominat ille apostolorum similis sanctus Dionysius. Ex eo et cæteris ipsi similibus animum sumentes, et de aliis pro viribus jam diximus, nempe de sacro templo, de
C sacris indumentis et de sacra doctrina. Nunc vero consequenter de liturgia dicemus breviter et pro viribus, tum propter orationis consequentiam, tum propter mysteriorum ordinem. Communio igitur est Dei unio nobiscum, nostri deificatio, sanctificatio, gratiæ plenitudo, illuminatio, omnis adversarii eversio, omnis boni concessio, et quid aliud nisi cum Deo immistio et communicatio? id est mysteriorum mysterium, et sanctorum sanctificatio et vere sanctum sanctorum, et consecrationum omnium consecratio; et consecrationis operator, et facta consecratio; quoniam et solum Verbum consecrationis principium eam operatum est et tradidit, et ipsum ea est; nobis et eam tradidit ut nobiscum maneat. Magnus igitur Dionysius hujus
D tantæ consecrationis maxima periodo et cogitatione mysteria omnia exposuit tanquam in compendio.

Digitized by Google

et splendidissima edocet, ut et de aliis mysteriis. Nos autem debiles et ultimi discipulorum ejus discipuli, quomodo magistri doctrinam penetrabimus? Sed tamen, quantum potuimus, ad animarum vestrarum lumen, ex ipso discere et etiam ex iis qui post eum gratiam accepere et divinis nostris patribus, pro viribus dicemus, ut nos interrogavistis. Ideo et de iis quæ in propositione et quæ in altari consecrantur, omnibus disserere curabimus, inquirentes, ut valemus, quas rationes unum quodque habeat. Atque sane in Christo dicimus.

φράσει τε καὶ ἐννοίᾳ, πάντα ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτίθεται, καὶ λαμπρότατα θεωρεῖ, ὡς καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ποιεῖ μυστηρίων· ἡμεῖς δὲ ἀδρανεῖς ὄντες καὶ ἔσχατοι τῶν μαθητῶν αὐτοῦ μαθηταὶ, πῶς τὰ ἐκείνου κατίδωμεν; Ὅμως ὅσον ἰσχύσαμεν εἰς φωτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐκ τούτου καταμαθεῖν, καὶ ἔτι τῶν λοιπῶν τούτου διαδόχων τῆς χάριτος καὶ θείων Πατέρων ἡμῶν, κατὰ δύναμιν ἐροῦμεν, ὡς ἐζητήσατε· διὸ καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ προθέσει καὶ τῶν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τελουμένων ἁπάντων διαλαβεῖν σπουδάσομεν, ἐξετάζοντες ὡς ἰσχὺς, τίνας λόγους ἕκαστον ἔχει. Καὶ δὴ λέγομεν ἐν Χριστῷ.

CAPUT LXXIX.

Quid significet antistitis de sede episcopali descensio, et quid per sacra vestimenta, illorumque indutionem noetur?

Pontifex e throno suo descendit; is est Dei descensus; et ter adorans Deum, gratiam et virtutem divina perficiendi efflagitat, ostendens se esse servum Dei et ipsius virtute ipsius ministerio servire. Deinde sacras vestes induit, quæ septem sunt, propter septem Spiritus sancti dona. Eæ autem sunt: stichariun, epitrachelium, zona, epimanicia, gremiale, phænolium, saccus, polystaurium, ac tandem omophorium. Omnes simul Christi incarnationem ostendunt, et quæ ad Incarnationem pertinent. Unaquæque vero propriam significationem habet. Stichariun, quod album est, lumen Dei repræsentat purum, et quod naturam nostram Deus puram creavit et assumpsit. Si vero rubrum sit, propter passionem est, quia propter nos sanguinem effudit Verbum incarnatum. Quæ in ipso videntur fulmina, charismata doctrinæ ostendunt, et etiam Salvatoris nostri sanguinis rivos. Ideo et solummodo ea fert episcopale stichariun; ut et mandyas (cappa). Ipse quidem episcopus providentem, et comprehensivam et protegentem gratiam Dei repræsentat et totum corpus colligit et comprehendit. Flumina autem significant varios doctrinæ motus, ex duobus testamentis perenniter scaturientes ex Vetere et ex Novo; quæ duo testamenta pocula indicant: et adhuc eam quæ in pectore, id est in corde aperta est, Evangelii Christi scientiam quod Evangelium ordinatus in capite apertum accepit. Ideo « Qui credit in me, inquit, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, » id est, Spiritus sancti virtutes, ut ipsum docet sacrum Evangelium, dicens: « Id autem dicebat, de Spiritu quem debebant accipere credentes in eum. » Et quia gratiam accipimus, non vero naturam Spiritus, addit: « Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus. » Quid illud? *Nondum erat Spiritus sanctus?* Etenim erat et est et erit, secundum naturam et hypostasim; et fons charismatum semper est. Sed nondum data erant ejus charismata, quoniam nondum oblata fuerat per crucem victima. Illud enim est: « Jesus nondum erat glorificatus. » Gloria enim Christi crux est.

ΚΕΦΑΛ. ΟΘ'.

Τί δηλοῖ ἡ τοῦ ἱεράρχου ἐκ τοῦ θρόνου κατάβασις, καὶ τὰ ἱερὰ ἐνδύματα, καὶ τὸ ταῦτα ἐνδύσασθαι.

Ὁ ἱεράρχης κατέρχεται τοῦ θρόνου αὐτοῦ, τοῦτο ἡ Θεοῦ συγκατάβασις, καὶ προσκυνήσας τρὶς τῷ Θεῷ, ἐξαιτεῖται χάριν καὶ δύναμιν τοῦ ἐκτελέσαι τὰ θεῖα, δεικνὺς ὅτι δοῦλος Θεοῦ, καὶ τῇ αὐτοῦ ἰσχύϊ τοῖς αὐτοῦ ἐξυπηρετεῖ. Εἶτα τὰ ἱερὰ ἐνδύεται ἅμφια, ἑπτὰ ὄντα διὰ τὰς ἑπτὰ ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος. Ταῦτα δέ εἰσι στιχάριον, ἐπιτραχήλιον, ζώνη, ἐπιμανίκια, ἐπιγονάτιον, φαινόλιον, ἡ σάκκος, ἡ πολυσταύριον, καὶ τέλος ὠμοφόριον. Ἅπαντα ὁμοῦ τὴν ἀνανθρώπησιν δηλοῦσι Χριστοῦ, καὶ τὰ τῆς ἀνανθρωπήσεως. Ἴδιά δὲ ἕκαστον σημασίαν ἔχει τινά· τὸ μὲν στιχάριον λευκὸν ὄν, τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ καὶ καθαρὸν, καὶ ὅτι καθαρὰν τὴν φύσιν ἡμῶν ἔκτισε καὶ προσελήφθη. Εἰ δὲ πορφυροῦν, διὰ τὸ πάθος, ὅτι τὸ αἷμα ἐξέχεε δι' ἡμᾶς ὁ ἀνανθρωπήσας λόγος. Οἱ ἐν αὐτῷ δὲ ποταμοὶ, τὰ χαρίσματα τῆς διδασκαλίας, ἔτι δὲ καὶ τοὺς τοῦ αἵματος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κρουνούς. Διὸ καὶ μόνον τούτους τὸ ἀρχιερατικὸν στιχάριον κέκτηται· ὡς καὶ ὁ μανδύας, αὐτὸς μὲν τὴν προνοητικὴν καὶ συνεκτικὴν καὶ σκεπαστικὴν χάριν ἐκτυπῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅλον τὸ σῶμα συνέχων καὶ συλλαμβάνων. Οἱ ποταμοὶ δὲ τὰ διάφορα τῆς διδασκαλίας κινήματα, ἐκ τῶν δύο πηγάζοντα ἀενάως Διαθηκῶν, τῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας, ἃς δηλοῦσι τὰ πώματα· καὶ ἔτι τὴν ἐν τῷ στήθει ἤτοι τῇ καρδίᾳ ἀνεῳγμένην γνῶσιν τοῦ Εὐαγγελίου Χριστοῦ, ὃ δὴ καὶ ἐπὶ κεφαλῆς χειροτονούμενος ἀνεῳγμένον ἐδέξατο. Διὸ καὶ, « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, φησὶ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, » ἤτοι τοῦ Πνεύματος αἱ ἐνέργειαι, ὡς αὐτὸ διδάσκει τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, λέγον, « Τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· καὶ ὅτι χάριν λαμβάνομεν, καὶ οὐ τὴν φύσιν τοῦ Πνεύματος, ἐπάγει, « Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. » Τί τοῦτο λέγων, « Οὔπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον; » καὶ γὰρ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν· καὶ πηγὴ χαρισμάτων ἀεί ἐστιν. Ἀλλ' οὔπω ἐδόθη τὰ τούτου χαρίσματα, ἐπεὶ οὐδέπω ἡ διὰ σταυροῦ προσηνέχθη θυσία. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη· » ἐπεὶ δόξα Χριστοῦ ὁ σταυρός.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ μανδύου τε, καὶ τοῦ ἐγκολπίου, καὶ τῆς ποιμαντικῆς ῥάβδου.

Τυθέντος οὖν καὶ θανόντος καὶ ἀναστάντος καὶ ἀνελθόντος Χριστοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, τότε τὸ Πνεῦμα κατῆλθε καὶ τὴν χάριν ἐλάβομεν· καὶ ἐκ τῆς καρδίας τῶν πιστῶν οἱ ποταμοὶ τῶν δωρεῶν ῥέουσι. Καὶ τοῦτο δηλοῖ ὁ μανδύας· καὶ ἡ σφραγὶς δὲ καὶ ὁμολογία τῆς πίστεως ἐν τῷ τοῦ ἀρχιερέως στήθει ἐκκρεμαμένη διὰ σταυρίου ἢ ἐγκολπίου τινός. Καὶ τοῦτο γὰρ ἐν τῷ στήθει διὰ τὴν ἐκ καρδίας ὁμολογίαν. Ἡ ῥάβδος δὲ ἣν κατέχει, τὴν ἐξουσίαν δηλοῖ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ στηρικτικὸν τοῦ λαοῦ, καὶ τὸ ποιμαντικὸν, καὶ τὸ ὁδηγεῖν δύνασθαι, καὶ τὸ παιδεύειν τοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ τὸ συνάγειν εἰς ἑαυτὸν τοὺς μακράν. Διὸ καὶ λαβὰς ὡς ἀγκύρας ἄνωθεν ἔχει, καὶ τὸ διώκειν τοὺς θηριώδεις τε καὶ λυμαντικούς, καὶ τελευταῖον τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ δηλοῖ καὶ τὸ τρόπαιον, ἐν ᾧ καὶ νικῶμεν, καὶ στηριζόμεθα, καὶ ὁδηγούμεθα, καὶ ποιμαινόμεθα, καὶ σφραγιζόμεθα, καὶ παιδαγωγούμεθα, καὶ ἑλκόμεθα εἰς Χριστὸν τὰ πάθη νεκροῦντες, καὶ τοὺς πολεμίους διώκομεν, καὶ πάντοθεν φυλαττόμεθα. Ἀλλὰ καὶ τὸ λαμπάδα ἡμμένην προηγεῖσθαι αὐτοῦ τὴν λάμψιν δηλοῖ τῆς ἐν τῷ ἀρχιερεῖ χάριτος, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ μεταδοτικὸν αὐτῆς πρός τε ἱερατικοὺς, καὶ τοὺς λοιποὺς πιστοὺς ἅπαντας. Πάντα γὰρ τὰ δῶρα ἐν πᾶσι διὰ τῆς ἀρχιερατικῆς χάριτος, καὶ οὐδὲν χωρὶς αὐτῆς· διὸ καὶ φωτιστικὸς ὁ ἀρχιερεὺς παρὰ τῷ ἱερῷ Διονυσίῳ καλεῖται, καὶ τὸν Πατέρα ἐκμιμεῖται τῶν φώτων, καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς τὸν Ἰησοῦν, καὶ τῶν ἀποστόλων ἔχει τὴν χάριν, οἱ φῶς τοῦ κόσμου ἐκλήθησαν. Καὶ τὸ διδασκαλικὸν δὲ χάρισμα τὸ φῶς προῒὸν σημαίνει, τὴν λάμψιν παρέχον τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως καὶ τῶν ἀρετῶν, καὶ ἔτι τὴν ἀγγελικὴν καὶ θείαν καὶ κεκαθαρμένην καὶ φωτεινὴν τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν βιοτὴν, καὶ μάλιστά γε τῶν διδασκάλων, περὶ ὧν γέγραπται, « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » καὶ ἔτι ὅτι πρὸς τὸ φῶς ὁδηγεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ἐκμιμούμενος Χριστὸν τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὡς ἔφη, ὅτι καὶ τὴν αὐτοῦ πλουτεῖ χάριν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄγει τοὺς ἑπομένους αὐτῷ. Ταῦτα μὲν τὰ τοιαῦτα δηλοῦσι, καὶ ἔτι μείζονα, οἷα ἄν τις ἐνοήσοι τῶν θείων.

CAPUT LXXX.

De episcopali pallio et pectorali theca, et de pastorali baculo.

Quandoquidem, ut diximus, ordo est in Trinitate inconfusa, consubstantiali, per omnia sibi consentiente, quæ sine principio est et omne principium antecedens, Pater quidem sine principio est; quæ vero ex ipso, principiata dicuntur, et horum unum est genitum, nempe Filius, alterum procedit, nempe Spiritus sanctus. Est tamen indivisibilis Trinitas, unaque est illius ut substantia, ita et virtus. Ex ipsa igitur est, ut ait Paulus, omnis paternitas et ordo in cœlo et in terra. Cum igitur, Deo favente, huc devenerimus, paucis edisseremus qua ratione patriarchæ ordinatio perficitur; et si D episcopus est, qua ratione constituitur patriarcha; et qua ratione, si non est episcopus. Sunt enim hæc contemplatione et consideratione digna: verum quæ sunt episcopi paucis perficiemus. Post sacram istam salutationem archiepiscopus, osculatus iterum sacram mensam, in thronum communem ascendit, ut Christus in cœlos; ordinatus quoque eamdem osculatus ascendit, et a dextris primi episcopi adstat, atque ut mox consecratus primum inter episcopos locum tunc obtinet. Deinde facta imperatorum et primi archiepiscopi fausta acclamatione, stat et ipse sub manu cum cæteris episcopis.

Digitized by Google

CAPUT CCXIV.

Quomodo pacem precetur plebi ante apostolicam lectionem, et quare pacem precaturus, benedictionem prius ab archiepiscopo accipit.

Cum autem sederunt omnes episcopi et presbyteri, et Apostoli verba legenda sunt, adit archiepiscopum, ut benedictionem accipiat ab eo, eamque det lectori. Hæc autem pacis dandæ ratio mysterium est, quo significatur a Deo donari. Non licet autem ei hoc agere sine sententia germani et diœcesani pontificis, præsertim in ipsius ecclesia, et ipso præsente, qui pastorum primus est et princeps. Ideo per benedictionem permissionem accipit. Lecto Apostolo pacem precatur lectori, secundas post archiepiscopum ferens. Ipse enim archiepiscopus pacem precatur ei qui Evangelium legit. Sic perficitur divina Missa, stante ordinato ante omnes episcopos missam simul facientes. Pronuntiat etiam primam exclamationem precis catechumenorum, et consequenter reliquas preces.

CAPUT CCXV.

Quod in communione sacra primus accipit nuper ordinatus episcopus, et quomodo illa celebretur.

In divina vero communione primus divinum panem manibus ab archiepiscopo accipit, et cum eo communicat; postea tradit archiepiscopo divinum sanguinem per sacrum calicem, et illi iterum archiepiscopus, quandoquidem, licet misericordia et humanitate Dei divina sibi mutuo tradant homines, attamen unus est per omnes operans et datus. Deinde quoniam bono primum participant primi, et qui ad eos dignitate sua propius accedunt (ordo enim continet omnia, et nihil est bono ordine penitus privatum), post divinam communionem archiepiscopos ad instar Salvatoris divinum panem dividens omnibus distribuit. Ordinatus autem episcopus accipiens primum divinum calicem cum accedentibus episcopis et reliquis eum communicat. Deinde lavatis manibus sacrum antidorum jussu archiepiscopi populo præbet; quo jam ordinatus demonstrat, et testatur populo se per antidorum sanctificationem omnibus communicare.

CAPUT CCXVI.

Quod ritus episcopum post ordinationem in cathedra velut throno suo inaugurandi, enthronismum Ecclesiæ ejus indicet, qui nunc propter gentium injurias cessavit.

Postea in una templi parte versus prothesin in cathedra episcopali inthronizatur, præparato ibi throno in figuram et argumentum enthronismi in Ecclesiam suum. Enthronismus ille magnifico cum apparatu, ut nunc patriarchæ, prius fieri solebat, circa Ecclesiam inthronizandi episcopi, convocatis per litteras archiepiscopis ad hunc enthronismum celebrandum provinciæ episcopi. Nunc vero barbarorum incursionibus, et ingruentibus in Ecclesias tentationibus et perturbationibus, celebritas

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΔ'.

Τί τὸ εἰρηνεῦσαι ἐν τῷ Ἀποστόλῳ· καὶ διατί εὐλογίαν λαμβάνει παρὰ τοῦ πρώτου ὁ εἰρηνεύων.

Πάντων δὲ τῶν ἀρχιερέων καὶ ἱερέων καθεσθέντων ἐν τῷ μέλλειν ἀναγινώσκεσθαι τὰ ἀποστολικὰ **164** ῥήματα, ἀπελθὼν λαμβάνει εὐλογίαν ἀπὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὡς ἂν εἰρήνην δῷ τῷ ἀναγινώσκοντι. Τοῦτο δὲ τελετή ἐστι τὸ εἰρηνεῦσαι, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διδόμενον. Καὶ οὐκ ἔξεστι αὐτῷ τοῦτο πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ γνησίου ἀρχιερέως, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ ταῦτα αὐτοῦ παρόντος, καὶ πρώτου ὄντος καὶ ἀρχιποίμενος. Λαμβάνει τοίνυν τὴν εὐλογίας τὴν ἔνδοσιν· καὶ ἀναγνωσθέντος τοῦ Ἀποστόλου, εἰρηνεύει τὸν ἀναγνόντα, τὰ δευτερεῖα φέρων τοῦ ἀρχιεπισκόπου. Αὐτὸς γὰρ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὸ Εὐαγγέλιον εἰρηνεύει. Καὶ οὕτω μὲν ἡ θεία λειτουργία τελεῖται, ἱσταμένου πρὸ πάντων συλλειτουργούντων ἐπισκόπων τοῦ χειροτονηθέντος, καὶ τὴν πρώτην ἐκφώνησιν τῆς εὐχῆς τῶν κατηχουμένων λέγοντος, καὶ τὰς λοιπὰς εὐχὰς ἀκολούθως.

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΕ'.

Ὅπως καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τὰ πρωτεῖα ὁ χειροτονηθεὶς ἔχει· καὶ ὅπως ἡ κοινωνία γίνεται.

Ἐν δὲ τῇ θείᾳ μεταλήψει πρώτου τὸν θεῖον ἄρτον ταῖς χερσὶ παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου λαμβάνοντος καὶ σὺν αὐτῷ κοινωνοῦντος, εἶτα μεταδιδόντος τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τοῦ θείου αἵματος διὰ τοῦ ἱεροῦ ποτηρίου, κἀκείνου πάλιν αὐτῷ, ἐπεὶ εἰ καὶ τὰ θεῖα παρ' ἀλλήλων ἀλλήλοις ἡμῖν δίδονται φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ, ἀλλ' εἷς ἐστιν ὁ διὰ πάντων ἐνεργῶν καὶ διδόμενος· καὶ ὅτι τῆς μετοχῆς τοῦ ἀγαθοῦ πρώτων οἱ πρῶτοι μετέχουσι καὶ ἐγγίζοντες τῇ ἀξίᾳ· ἐπεὶ καὶ τάξις συνέχει πάντα, καὶ οὐδὲν χωρὶς ἐστιν εὐταξίας. Μετὰ δὲ τὴν θείαν μετάληψιν ὁ μὲν ἀρχιεπίσκοπος πᾶσι τὸν θεῖον δίδωσι, μελίσας ἄρτον, κατὰ μίμησιν τοῦ Σωτῆρος· ὁ χειροτονηθεὶς δὲ ἀρχιερεὺς, λαβὼν τὸ πρῶτον θεῖον ποτήριον, μεταδίδωσι τοῖς προσερχομένοις ἀρχιερεῦσί τε καὶ λοιποῖς· εἶτα ἀπονιψάμενος, καὶ τὸ ἱερὸν τῷ λαῷ παρέχει ἀντίδωρον, προσταγῇ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, δεικνύμενος ἤδη χειροτονηθεὶς καὶ μαρτυρούμενος τῷ λαῷ, καὶ μεταδιδοὺς ἁγιασμοῦ πᾶσι τῷ ἀντιδώρῳ

ΚΕΦΑΛ. ΣΙϚ'.

Ὅτι τὸ ἐνθρονίζεσθαι μετὰ τὴν χειροτονίαν τὸν ἐνθρονισμὸν τυποῖ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, πεπαυμένον ἄρτι διὰ τὰς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπηρείας.

Εἶτα καὶ ἐν ἑνὶ μέρει τοῦ ναοῦ περὶ τὴν πρόθεσιν γινόμενος, ἐνθρονίζεται ἀρχιερατικῷ εὐτρεπισθέντι ἐκεῖσε θρόνῳ, εἰς τύπον τοῦ ἐνθρονισμοῦ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ· ὃς δὴ ἐνθρονισμὸς πρότερον μὲν ἐγίνετο μεγαλοπρεπῶς, ὡς νῦν ὁ τοῦ πατριάρχου περὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἐνθρονιζομένου ἀρχιερέως, ἐπισκόπων συναγομένων τῆς ἐπαρχίας, καὶ τὸν ἐνθρονισμὸν ἐπιτελούντων γράμμασι τοῦ ἀρχιεπισκόπου· νῦν δὲ τοῦτο πέπαυται ταῖς βαρβαρικαῖς ἐφόδοις, καὶ τοῖς ἐπελθοῦσι ταῖς ἐκκλησίαις πει-

Digitized by Google

ρασμοῖς, καὶ ταῖς ταραχαῖς. Ἐν τῇ Μεγάλῃ δὲ μόνον γίνεται ἐκκλησίᾳ. Καὶ προτεθέντος θρόνου ἐν ᾧ κάθηται ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ πέπλου συνήθους, ὑπὸ ἱερέως εὐχῆς γινομένης καὶ Τρισαγίου, τῶν ἐπισκοπειανῶν παρόντων, καὶ λαμπαδηφορούντων ἁπάντων, κυκλοῦντος καὶ τοῦ λαοῦ, ἐνθρονίζεται παρά τι τοῦ πρώτου τῶν ἱερίων καὶ δευτερεύοντος ὁ χειροτονηθεὶς ἀρχιερεὺς, τρὶς ἐν τῷ θρόνῳ ὡς καὶ τὸν πατριάρχην ἐν τῷ συνθρόνῳ ἐγκαθιζόντων αὐτὸν τῶν ἱερίων, καὶ ἐκφωνούντων τὸ « Ἄξιος· » εἶτα καθημένου αὐτοῦ, εὐφημοῦσι τοὺς εὐσεβεῖς βασιλεῖς, τὸν ἀρχιεπίσκοπον, καὶ αὐτὸν τὸν χειροτονηθέντα· καὶ οὕτως ἀπολύουσιν. Ὁ δέ γε λαὸς προσερχόμενος, ἀλλὰ δὴ καὶ ἱερωμένοι, ἀσπάζονται τὴν τοῦ χειροτονηθέντος χεῖρα, καὶ εὐλογοῦνται, μετὰ πίστεως τρέχοντες· ἐπειδήπερ νεωστὶ χειροτονηθεὶς ὅλος ἐστὶ κεκαθαρμένος τε καὶ πεφωτισμένος, καὶ τῷ ἐγκαινισμῷ ἡ χάρις **165** δαψιλέστερον χορηγεῖται παρὰ τῶν λαβόντων αὐτὴν ἄνωθεν. Τότε δὲ οὐδὲ κωλύεται εὐλογεῖν ἄλλης ὢν ἐπίσκοπος πόλεως, ἐπεὶ τὸ ἐνδόσιμον ἔχει, ὡς ἄρτι χειροτονηθείς. Λαμβάνει δὲ καὶ τὸν μανδύαν μετὰ τῶν ποταμῶν ὡς διδάσκαλος, τοῦ, « Ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐδέξω τὴν θείαν χάριν, » λεγομένου· ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἡ χάρις ἡμῖν ἐκκέχυται· καὶ τὸ ἐγκόλπιον ὡς ἔνθεον ἀρραβῶνα· ὅτι καὶ τὸ πρόσωπον φέρει Χριστοῦ, καὶ ἐν Χριστῷ τοῦ πρώτου ἀρχιερέως· καὶ ὅτι νυμφίος γέγονε τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς νυμφεύσεως πᾶσαν κέκτηται τὴν ἄδειαν εὐλογεῖν τε· καὶ εὔχεσθαι, ἣν καὶ ὁ γνήσιος αὐτὸς ἀρχιερεύς· οὐ μὴν δὲ χειροτονεῖν. Καὶ εὐλογεῖ δὲ παῤῥησίᾳ κατ' αὐτὴν μόνην τὴν ἡμέραν.

A illa cessavit, et in sola Magna ecclesia peragitur in hunc modum : Præparato et proposito throno in quo sedet archiepiscopus, et peplo solito ipsi adaptato, factaque prece a presbytero, et præsentibus episcopianis omnibus trisagion cantantibus et cereos deferentibus, et circumdante plebe inthronizatur ordinatus episcopus a sacerdotum primo, et eo qui post ipsum secundus agit, terque a presbyteris in throno collocatur, exclamantibus, « Dignus. » Deinde eo sedente faustis acclamationibus, imperatores prosequuntur archiepiscopum et ipsum ordinatum, et sic celebratum dimittunt. Populus autem accedens, atque etiam clerici sacrati osculantur ordinati manum, et benedicuntur B qui cum fide concurrunt. Cum enim sit recens ordinatus, totus est purgatus et illuminatus, gratiaque in hac nova consecratione abundantius ab iis suppeditatur qui eam superne acceperunt. Neque etiam tunc benedicere prohibetur, licet alterius sit urbis episcopus, cum hujus rei, ut recens ordinatus, potestatem habeat. Accipit quoque mandyam sive pallium undulatum velut doctor, dum dicitur : « De cœlis accepisti divinam gratiam ; » quia gratia e cœlis in nos effusa est, et per encolpium, sive per crucis reliquiis gravidæ quæ collo appenditur traditionem, ut per divinum arrhabonem confirmatur : quoniam etiam personam Christi sustinet, et in Christo primi episcopi. Quia denique sponsus Ecclesiæ Christi factus est, et hac ratione omnem habet potestatem benedicendi, et precandi quam C germanus illius urbis episcopus, non tamen ordinandi. Benedicit autem publice et confidenter per hunc solum diem.

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΖ'.

Διατὶ προπέμπεται ἐν τῇ πόλει, καὶ εὐλογεῖ ὁ χειροτονηθείς.

Διὸ καὶ μετὰ τὴν τράπεζαν ἐπικαθεζόμενος ἵππῳ, κυκλοῖ τὴν πόλιν δορυφορούμενος· καὶ σφραγίζει πάντας καὶ εὐλογεῖ, ἁγιάζων τῇ σφραγῖδι τὴν πόλιν, καὶ ἐπευχόμενος ὡς καινὸς γεγονὼς ἀρχιερεὺς, τῆς ἐγκαινισθείσης αὐτῷ μεταδιδοὺς θείας χάριτος, καὶ ἁγιασμὸν τῇ εὐλογίᾳ χορηγῶν,

CAPUT CCXVII.

Quare civitatem perequitat recens ordinatus et benedictionem impertit omnibus.

Ideo postquam ab altari recessit, equo insidens gyrat urbem, satellitum armatorum corona cinctus, crucisque signo signat omnes, et benedicit : urbem quoque signo crucis sanctificat ; et preces faciens ut novus factus episcopus divinam insuper gratiam qua per novam consecrationem donatus est, communicat, et sanctificationem benedictione largitur.

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΗ'.

Τί τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὸν βασιλέα καὶ εὔξασθαι τὸν νεωστὶ χειροτονηθέντα ἀρχιερέα, καὶ ὅπως τοῦτο πρῶτον ἐγίνετο.

Διὸ δὴ καὶ ὡς πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν ἔχων καὶ τῇ χειροτονίᾳ δυνάμενος, καὶ τῷ βασιλεῖ πέμπεται εὐξόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ἅμα ὡς χριστὸς Κυρίου τῷ Πνεύματι, τὸν χριστὸν Κυρίου τῷ μύρῳ εὐλογῶν καὶ ἐνισχύων ταῖς εὐχαῖς. Ὅθεν καὶ ἀπελθὼν εὔχεται τὰ πρὸς σωτηρίαν αὐτῷ· ὅτε καὶ πρότερον μὲν ἐγίνετο θεοφιλῶς τε καὶ δεόντως ἡ τάξις, διὸ καὶ ἀνύσιμος ἦν ἡ τοῦ ἀρχιερέως εὐχή· νῦν δὲ τοὐναντίον γινόμενον, ἄπρακτον τὴν εὐχὴν ἀποφαίνει. Τὸ ἀρχαῖον γὰρ ἦθος ἦν, ὅτι ἀποστελλομένου τοῦ ῥαιφερενδαρίου μετὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὰ βασίλεια,

D

CAPUT CCXVIII.

Quare recens ordinatus episcopus abit ad imperatorem et pro eo precatur, et quomodo hoc pridem factum fuerit.

Quapropter, ut apud Deum confidentiam consecutus, et ordinatione sua potens, ad imperatorem mittitur ipse bene precaturus, et simul ut christus Domini per Spiritum, christum Domini chrismate factum benedicit, et precibus corroborat. Unde ad eum accedit, et quæ salutaria sunt, ei precatur. Hic ordo prius decenter et secundum Deum amanter observabatur ; ideo episcopi oratio plurimum erat utilis et efficax. Nunc vero contrarium observatum orationem reddit inutilem. Antiquitus mos erat ut mitteretur referendarius cum

Digitized by Google

episcopo in Cæsaris palatium, pinsque imperator stationem faceret donec veniret episcopus. Eo igitur accedente dicebat diaconus : « Dominum deprecemur, » et episcopus orationem legebat, præstoque erat thuribulum, ut scribitur in Vita sancti Amphilochii. Hoc nunc facit patriarcha quinta die nova : episcopus accepto thuribulo, thure incenso imperatorem perfundit, et cum ipso communicat divinam gratiam et sanctificationem. Inclinante caput imperatore, ut significatur in Vita sancti Ambrosii, impertiebat illi benedictionem episcopus, ut recens ordinatus, et jam Spiritu innovatus, et valens in Christo benedicere et sanctificare. Postea imperatorem in ore osculabatur propter eam quæ in Christo est pacem, charitatem et sanctificationem. Sanctus enim est episcopus non modo mysteriorum communione et ordinatione, verum etiam hoc facit ut habens ordinatione sua cum imperatore communionem. Nam religiosus imperator chrismate quidem sanctus est, episcopus vero ordinatione. Post osculum honorabat episcopus inclinatione capitis imperatorem propter mundanam potestatem, et discedebat. Multi religiosorum imperatorum eum muneribus donabant, ut pro ipsis precatum, et honorifice dimittebant, ut sanctificatum. Sic magnus Constantinus non modo divinum Sylvestrum, sed etiam episcopos prope omnes qui erant in synodo honorifice comitabatur et deducebat, et conspiciebatur largitionibus eos prosequens, et membra eorum qui propter Christum passi fuerant, ut cæteris magis pretiosa, honorans.

A ἐποίει παράστασιν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς, καὶ ἐρχόμενος ὁ ἀρχιερεὺς, τοῦ διακόνου λέγοντος, « Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, » ἀνεγίνωσκε τὴν εὐχὴν, καὶ ὄντος θυμιατοῦ, ὡς καὶ ἐν τῷ βίῳ τοῦ θείου Ἀμφιλοχίου γέγραπται, τοῦτο δὲ νῦν ὁ πατριάρχης τῇ νέᾳ Πέμπτῃ ποιεῖ, λαμβάνων ὁ ἀρχιερεὺς τὸ θυμιατὸν, ἐθυμία τὸν βασιλέα, μεταδιδοὺς αὐτῷ θείας χάριτος καὶ ἁγιασμοῦ, καὶ ὑποκλίνοντος τοῦ βασιλέως τὴν κεφαλὴν, ὡς καὶ ἐν τῷ βίῳ τοῦ ἁγίου δηλοῦται Ἀμβροσίου, ἐδίδου εὐλογίαν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς, ὡς νεωστὶ χειροτονηθεὶς καὶ ἐγκαινισθεὶς ἤδη τῷ Πνεύματι, καὶ ἰσχύων ἐν Χριστῷ εἰρήνην τε καὶ ἀγάπην καὶ τὸν ἁγιασμόν· ἅγιος γὰρ τῇ κοινωνίᾳ τῶν μυστηρίων καὶ τῇ χειροτονίᾳ ὁ ἀρχιερεύς. Ἀλλὰ καὶ ὡς κοινωνίαν μετὰ τοῦ βασιλέως ἔχων τῇ χειροτονίᾳ ὁ B ἀρχιερεὺς τοῦτο ἐποίει· ὅτι ὁ μὲν τῷ χρίσματι ἅγιος, ἦτοι ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς, ὁ δέ γε ἀρχιερεὺς ἅγιος τῇ χειροτονίᾳ. Μετὰ δὲ τὸν ἀσπασμὸν προσκυνῶν τῇ κεφαλῇ τὸν βασιλέα διὰ τὴν κοσμικὴν ἐξουσίαν, ἀπήρχετο ὁ ἀρχιερεύς. Πολλοὶ δὲ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καὶ ἐδωροῦντο τούτῳ ὡς εὐξαμένῳ ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ προέπεμπον ὡς ἡγιασμένον, ὡς καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας, οὐ τὸν θεῖον Σιλβέστρον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ συνόδῳ πάντας σχεδὸν προπέμπων αὐτοὺς καὶ τιμῶν καὶ δωρούμενος καθεωρᾶτο, καὶ τὰ διὰ Χριστὸν παθόντα τίμια τούτων μέλη τιμῶν.

CAPUT CCXIX.

Quod episcopalis dignitas non ita ut prius honoratur a regibus, unde ira Dei provocatur.

Nunc autem fit omnino contrarium. Exspectatur quidem episcopus, venit, precatur; nullus tamen honoris propter Christum dignus judicatur, sed potius dedecoratur, et eo qui benedicitur multo minor habetur, et illius secundum servitutem minister lectoribus vilior, qui die quinto novo cum patriarcha et cæteris clericis imperatoris manum genasque osculantur. Accedens enim coram imperatore sese prosternit, et precatus illius dexteram osculatur.

C

166 ΚΕΦΑΛ. ΣΙΘ'.

Ὅτι οὐ τιμᾶται νῦν ἡ ἀρχιερωσύνη παρὰ τῶν βασιλέων ὡς πρότερον· διὰ τοῦτο ὀργίζεται Θεός.

Νῦν δὲ τοὐναντίον γίνεται ἅπαν· καὶ ἡ παράστασις μὲν τελεῖται, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἐρχόμενος εὔχεται· οὐ τιμῆς δέ τινος διὰ Χριστὸν ἀξιοῦται, ἀλλ' ἀτιμάζεται μᾶλλον, καὶ ὡς ἐλάττων κατὰ πολὺ δείκνυται τοῦ εὐλογηθέντος, καὶ κατὰ δουλείαν ὑπηρέτης, καὶ τῶν ἀναγνωστῶν εὐτελέστερος, τῶν κατὰ τὴν νέαν Πέμπτην ἀσπαζομένων τὸν βασιλέα εἴς τε τὴν χεῖρα καὶ τὴν παρειὰν μετὰ τῶν κληρικῶν καὶ τοῦ πατριάρχου. Προσελθὼν γὰρ τῷ βασιλεῖ προσκυνεῖ, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀσπάζεται χεῖρα μετὰ τὸ εὔξασθαι.

CAPUT CCXX.

Quod canonicis constitutionibus adversum est, episcopos dextram regis osculari, et episcopos ac præpositos a rege transponi in alia loca.

Quomodo qui precatus est hoc facit? Quamobrem imperator sacerdotis manum osculatur, ordinatus vero episcopus post orationem habitam imperatoris manum? Iloc fit plane præter rationem et inconsequenter. Vide vero quantum et quale sit id quod fit. Sanctificatus Spiritu, consecratus episcopus, qui manum habet sanctificatam, ita ut possit et ordinare, et benedicere, et cruce signare viros pios, ipse manibus ligatur. Manus vero ad benedicendum non consecratas, sed mundanas et bellicosas, lubiis

ΚΕΦΑΛ. ΣΚ'.

Ὅτι τὸ ἀσπάζεσθαι ἀρχιερεῖς τὴν τοῦ βασιλέως χεῖρα παρὰ τὴν κανονικὴν τάξιν· καὶ τὸ μεταβέσεις ἐπισκόπων καὶ ἡγουμένων ποιεῖν τὸν βασιλέα.

Καὶ πῶς ὁ εὐχόμενος τοῦτο ποιεῖ; Καὶ διατί πρεσβυτέρου μὲν τὰς χεῖρας ἀσπάζεται βασιλεὺς, ἀρχιερεὺς δὲ χειροτονηθεὶς καὶ εὐχόμενος, τὴν χεῖρα τοῦ βασιλέως; Τοῦτο παρὰ πᾶσαν ἀκολουθίαν ἐστί. Καὶ ὅρα τὸ γινόμενον ὅσον. Ὁ ἡγιασμένος τῷ Πνεύματι, ὁ καθιερωθεὶς ἀρχιερεὺς, ὁ τὴν χεῖρα ἁγιασθεὶς, ὥστε χειροτονεῖν δύνασθαι καὶ εὐλογεῖν καὶ σφραγίζειν τοὺς εὐσεβεῖς, αὐτὸς δεσμεῖ τὰς χεῖρας, καὶ τὰς μὴ καθιερωμένας εἰς τὸ εὐλογεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰς καὶ στρατηγικὰς χεῖρας, ἀσπάζεται δουλικῶς

Digitized by Google

χείλεσιν ἱεροῖς καὶ ἡγιασμένοις, χθὲς ἤδη καὶ καθ' ἡ- A sacris et sanctificatis, quæ jam heri et unoquoque
μέραν τῇ φρικτῇ προσφαύουσι κοινωνίᾳ. Ἀλλὰ καὶ die tremendam communionem attingunt, non tan-
καθημένου τοῦ βασιλέως παρίσταται. Ταῦτα εἰ μὲν tum serviliter osculatur, sed etiam sedenti imperatori adstat. Si privata persona esset, hæc quidem
ἰδιώτης ἦν ἔδει· ἐπεὶ καὶ, « Τὸν βασιλέα τιμᾶτε, » sic fieri oporteret, cum dixerit Apostolus: « Regem
φησὶν ὁ Ἀπόστολος· εἰ δὲ Χριστοῦ ἀρχιερεὺς καὶ honorate. » Si vero Christi est episcopus, et Chri-
τὸν τόπον τοῦ Χριστοῦ κεκτημένος, οὐ δεῖ οὕτω γί- sti locum tenens, sic fieri non oportet; in Chri-
νεσθαι· εἰς Χριστὸν γὰρ ἀνατρέχει ἡ ἀτιμία· ὅτι οὐ stum enim recurrit dedecus, quoniam non e vulgo
τῶν πολλῶν εἷς ἐστιν, ἀλλὰ τῶν ἀφιερωμένων, καὶ ille est, sed e personis consecratis, et virtutem
τῶν τὴν ἀποστολικὴν κτησαμένων δύναμιν. Ἀλλὰ apostolicam copiose possidentibus. Verum ista non
ταῦτα, οὐ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν βασιλέων, ὅσον ἀπὸ κο- tam ab imperatoribus quam ab adulatoribus fiunt,
λάκων ἀνθρώπων γέγονε, παραπείσαντων αὐτοὺς qui eos humanis verbis falsa persuasione commo-
ἀνθρωπίνοις λόγοις ἐνεργεῖν καὶ τὰ μείζω, ὥστε καὶ vent ad majora perpetrandum, ita ut audeant et
προβιβάζειν ἐπισκόπους, καὶ μεταθέσεις ποιεῖν. Βα- promovere episcopos, et translationes facere. Pa-
βαί! τὸν χειροτονηθέντα τῷ Πνεύματι τῆσδε τῆς pæ! ordinatum per Spiritum sanctum hujus Ec-
Ἐκκλησίας ποιμένα, ἑτέρας ποιμένας καθίστασθαι B clesiæ pastorem ab iis constitui alterius pastorem,
παρὰ τῶν μὴ ἐχόντων τὴν τῆς ἱερωσύνης δυνάμιν qui non habent sacerdotii potestatem et virtutem,
καὶ ἐνέργειαν, καὶ παρὰ γνώμην τοῦ Πνεύμα- et præter Spiritus sententiam!
τος!

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΑ'.

CAPUT CCXXI.

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς κατὰ κόσμον ἄρχοντας τὰ ἱερὰ οἰκειοῦσθαι, καὶ λογίζεσθαι κερδαίνειν ἐκ τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ.

Quod principes sæculares non debent sacra curare, atque ex rebus Deo consecratis lucrum petere.

Εἰ δεῖ πρὸς οἰκοδομὴν καταστῆναι πρὸς μείζω πόλιν, παρὰ τοῦ Πνεύματος ἔσται τοῦτο, παρ' οὗ δὴ καὶ κεχειροτόνηται, οὐ παρὰ τῆς κοσμικῆς ἐξουσίας. Ἀλλὰ καὶ καθηγούμενοι ἀνδρῶν μοναστῶν καὶ Θεῷ καθιερωμένων, καὶ ψυχῶν χάριτι Θεοῦ προεστῶτες, οὕτω παρὰ τὸ τοῦ Πνεύματος θέλημα πολλοὶ δείκνυνται· καὶ λύουσι καὶ δεσμοῦσι, λαβόντες τοῦτο παρὰ τῶν μὴ λαβόντων τὴν τοῦ χαρίσματος δύναμιν· C καὶ χειροτονοῦνται καὶ πολλῶν ἄρχουσι, μηδὲν φροντίζοντες ὅλως τῶν ἐχόντων τὸ χάρισμα. Διὸ καὶ τὰ συντρίμματα ἡμῶν πολλὰ γέγονε, καὶ ἐσμικρύνθημεν, καὶ ὀλιγοστοὶ παρὰ πάντα τὰ ἔθνη γεγόναμεν· καὶ βίᾳ σπευδόντων τῶν μὴ καθηκόντων ἄρχειν τε καὶ ἐφάπτεσθαι, κατάρχουσιν ἡμῶν οἱ ἀλλότριοι· καὶ τὰ μὴ φίλα Θεοῦ ποιούντων, οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν καὶ τοῦ Θεοῦ ἀκολούθως ἡμῖν κατεπεμβαίνουσι. Καὶ τὰ ἱερὰ οἰκειούμενοι καὶ κοινοῦντες, ἐκ τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ λογιζόμενοι (φεῦ!) κερδαίνειν, τὰ ἴδια ἡμῶν ἀπωλέσαμεν· καὶ κερποῦνται τὰ ἡμέτερα, **167** καὶ ἴδονται ἐνώπιον ἡμῶν οἱ ὑπεναντίοι. Ἀλλ' εἴθε γένοιτό τις θεραπεία τοῦ δεινοῦ τούτου, καὶ εἴησαν μὲν τὰ τοῦ Καίσαρος Καίσαρος, τὰ τοῦ Θεοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν καὶ ἠξιωμένα ἅπαντα γένοιτο εὐλογίας D τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἱερὰ συνιστάμενα, καὶ τὰ κοσμικὰ αὐξανόμενα, καὶ μὴ τοὐναντίον, ὑπ' ἀλλήλων φθειρόμενα· ὅτι καὶ ὁ ἀρχῆθεν πολέμιος καὶ φθορεὺς δεινὸς ἐν τούτοις σπεύδει, ὅπως καὶ ἱεροσυλίαν τοῖς εὐσεβέσι προστρίψῃ, καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων τὴν καθαίρεσιν ἐνεργήσῃ, ἀλλὰ καθαιρεθείη παρὰ Θεοῦ ὁ πονηρὸς, καὶ ζήσαιεν εὐσεβῶς καὶ θεοφιλῶς οἱ πιστοί τε καὶ εὐσεβεῖς, καὶ μισθὸν τῆς φιλοχρίστου γνώμης εἴησαν κομιζόμενοι ἐν Χριστῷ, τὴν τῶν δεινῶν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν παντοίαν ἐπαύξησιν. Ὁ χειροτονηθεὶς δὲ ἀρχιερεὺς καὶ τὸν τελευταῖον ἐν τῇ συνόδῳ ποιήσας ἀσπασμὸν, καὶ τὸν οἰκεῖον τόπον λαβὼν, οὐκέτι χρείαν ἑτέρων τῶν κατὰ τύπον ἔχει· ἀλλ' ὡς ἀρχιερεὺς ὢν, τῶν τῆς Ἐκκλη-

Si ædificationis Ecclesiæ causa oportet aliquem episcopum in majori urbe constitui, hoc a Spiritu statuendum est, a quo et ordinatus est, non autem a mundana potestate. Multi etiam duces et abbates monachorum, qui Deo consecrati sunt, et gratia Dei animabus præsunt, sic præter Spiritus voluntatem agere convincuntur; solvunt enim et ligant, ab iis potestate accepta, qui gratiæ virtutem non acceperunt. Ordinantur quoque, multisque imperant, nihil omnino curantes eos qui gratiæ donum possident. Ideo afflictiones et contusiones nostræ multæ factæ sunt, et præ omnibus gentibus contemptibiles, et minimi habiti sumus, et dum violenter festinamus ea quæ non decet attingere, et iis quos non oportet imperare, nobis alienigenæ dominantur; dumque facimus quæ Deo displicent, inimici nostri Deique consequenter nobis insultant, et quæ nobis sacra sunt, possident, Deoque consecratis potiuntur; eheu! existimantes lucrum aliquod facere, propria nostra perdidimus. Messes et fructus nostros colligunt inimici nostri, eaque ante oculos nostros comedunt. Sed utinam fiat hujus gravissimi mali quædam sanatio, et quæ sunt Cæsaris dimittantur Cæsari, et quæ Dei Deo, ut omnia fiant Dei benedictione digna, consistantque sacra et conserventur, et sæcularia augeantur; non autem contrarium, ut ab invicem corrumpantur. Quoniam qui a principio inimicus noster est et molestus corruptor, in ejusmodi rebus festinat, ut sacerdotium cum viris piis committat, illudque atterat, sacraque et divina evertat. Sed evertatur a Domino malus, vivantque sancte et Deo amanter fideles et pietatis studiosi, et mercedem sententiæ Christo dilectæ reportent, libertatemque per Christum ab his gravibus molestiis, omnifariumque bonorum augmentum. Ordinatus

Digitized by Google

autem episcopus, postremaque salutatione in synodo functus proprium locum occupat, non amplius eget cæteris quæ typo continentur, sed ut episcopus existens quæ ad suam Ecclesiam spectant, curat. Cooperatur quoque sacris operibus accedens ad synodum a seipso, cum opus est, et advocatus.

A σίας αὐτοῦ φροντίζει· συνεργεῖ δὲ καὶ τοῖς ἱεροῖς ἔργοις παραδάλλων τῇ συνόδῳ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτε χρεία, καὶ προσκαλούμενος.

CAPUT CCXXII.

Quod episcopus electus ter osculum figit, et quemodo osculum quodque fiat.

Osculum ter datur ordinando præter illud quod fit in sanctuario. Primum quidem post indicationem, utpote tum factus Ecclesiæ sponsus cujus possessionem aggreditur. Cum videlicet nullo existente suaveolente suffitu vel roseo liquore adducitur ordinandus ad archiepiscopum sedentem, et ad episcopos circa ipsum ex utraque parte sedentes, terque sese prosternit, et osculatur genu, manum et genam pontificis, et in ore episcopos tum sedentes; nondum enim est episcopus, jussus autem sedet, non in throno episcopali, sed privatim inferius, in loco depressiore: quo significatur eum Ecclesiam tantum despondisse, et sponsalium primitias accepisse, nondum enim vir ejus est, vel maritus. Ideo velut qui tantum dederit symbola et arrhabonum primitias cum amicis et fratribus sponsæ ea peragit quæ ad amicitiam confirmandam inserviunt; unde eos osculatur ut jam amicus, et sedet cum eis, et consulit cum eis; non tamen considet, cum thronum nondum assecutus fuerit, nec honorem et dignitatem Patris Ecclesiæ; nec enim ipsis cooperatur, cum ordinare non possit. Consilium vero dat solum, sive sententiam dicit, et eorum quæ sunt sponsæ curam gerit, possessionum scilicet et negotiorum ad Ecclesiam spectantium. Secunda salutatio fit cum perficiuntur sponsalia, traditque sponsus et accipit pignora et mutuas donationes ante matrimonium fieri solitas, eaque agit quæ Patri conveniunt, et ad ipsum referuntur, veluti quod rectam fidem confessus, et œconomiam sibi creditam se bene administraturum sincere pollicitus primitias matrimonii accipiat, et in illius possessionem per parvum sigillum veluti per arrhabonem mittatur. Tunc enim sine unguento et suffitu osculum facit. Osculum vero ordinationis quod fit in sanctuario consummativum est et matrimonii et unionis, quia vir et maritus Ecclesiæ constituitur. Sed de eo dictum est, cum de ordinatione verba faceremus. Nunc autem tertium dicimus illud quod fit extra sanctuarium, sicut et alia oscula, illud nempe quod fit in synodo, et post ordinationem, cum recens ordinatus veniens sedentibus archiepiscopo et episcopis ter sese prosternit coram magno pontifice, ut subjectionem suam demonstret, et Trinitatem honoret. Postea surgente paululum archiepiscopo, ut ipsum honoret velut episcopum, stantibus vero aliis episcopis, æqualis enim est eis, et ejusdem honoris, accedit et consuetam facit salutationem; archiepiscopi scilicet genu, manum et genam osculatur; episcopos vero stantes in ore. Hoc peracto iterum

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΒ'.

Ὅτι τρὶς ποιεῖται τὸν ἀσπασμὸν ὁ ἀρχιερεὺς χειροτονηθείς· καὶ ὅπως ἕκαστος γίνεται.

Ὁ ἀσπασμὸς δὲ τῷ χειροτονουμένῳ, πλὴν τοῦ ἐν τῷ βήματι τελουμένου, γίνεται τρίς· πρῶτον μὲν μετὰ τὸ μήνυμα ὡς γεγονότος αὐτοῦ μνηστῆρος τῆς ἐκκλησίας, ἧς τὴν ἐγχείρισαν δέχεται, ὅτε μὴ εὐόσμου ὄντος τινὸς, θυμιάματος δηλονότι ἢ ῥοδοστάγματος, καθημένου τοῦ ἀρχιεπισκόπου καὶ τῶν ἀρχιερέων ἑκατέρωθεν, προσαγόμενος προσκυνεῖ τρίς· καὶ ἀσπαζόμενος γόνυ καὶ χεῖρα καὶ παρειὰν τοῦ ἱεράρχου, καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς εἰς τὸ στόμα καθημένους καὶ αὐτούς, οὐ γὰρ ἐπίσκοπός ἐστιν ἔτι, κελευσθεὶς κάθηται, οὐκ ἐν θρόνῳ τῶν ἐπισκόπων, ἀλλ' ἰδίᾳ, κάτωθεν ἐν ὑφειμένῳ τινὶ, δηλουμένου ἐκ τούτου, ὡς ἠρμόσατο μόνον τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τῆς μνηστείας ἔλαβε τὴν ἀπαρχὴν, οὐδέπω δέ ἐστιν ἀνὴρ ἢ νυμφίος. Διὸ ὡς μόνον τὰ συμβόλαια δοὺς, καὶ τῶν ἀῤῥαβώνων τὰς ἀπαρχὰς, μετὰ τῶν φίλων τῆς νύμφης καὶ ἀδελφῶν ποιεῖται τὰ τῆς φιλίας ἐνέχυρα. Καὶ ἀσπάζεται ὡς φίλος ἤδη, καὶ κάθηται σὺν αὐτοῖς, καὶ βουλεύεται μετ' αὐτῶν. Οὐ συγκάθηται δὲ, ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ θρόνου τετύχηκεν, οὐδὲ τῆς τιμῆς τοῦ Πατρὸς αὐτῆς καὶ ἀξίας· οὐδέ γε συμπράττει, ὅτι οὐδὲ χειροτονεῖν δύναται· συμβουλὴν δὲ ἤτοι γνώμην καὶ μόνον δίδωσι, καὶ τῶν τῆς νύμφης φροντίζει κτημάτων δηλαδὴ καὶ πραγμάτων τῆς ἐκκλησίας. Ὁ δεύτερος δὲ ἀσπασμὸς, ὅτε τελεσθῶσι τὰ μνῆστρα, καὶ δοὺς τοὺς ἀῤῥαβῶνας καὶ λαβὼν, καὶ τὰς πρὸ τοῦ γάμου δωρεὰς καὶ τὰ σύμφωνα τῷ Πατρὶ, οἷον τὴν πίστιν ὀρθὴν ἀνομολογήσας, καὶ γνησίως τὴν ἐμπιστευθεῖσαν οἰκονομεῖν καθυποσχεθεὶς, τὰς ἀπαρχὰς τῆς νυμφεύσεως λάβῃ, καὶ τῇ μικρᾷ σφραγῖδι ταύτην ὡς ἐν ἀῤῥαβῶνι ἐγχειρισθῇ. Καὶ τότε γὰρ δίχα μύρου καὶ θυμιάματος ποιεῖται τὸν ἀσπασμόν. Γίνεται δὲ καὶ ὁ τῆς χειροτονίας, ὃς ἐντός ἐστι καὶ τελεστικὸς καὶ τῆς νυμφεύσεως καὶ ἑνώσεως· ὅτι ἀνὴρ καὶ νυμφίος τῆς ἐκκλησίας κατέστη. Ἀλλ' ὁ περὶ τούτου ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἐῤῥέθη λόγος. Νῦν δὲ τρίτον φαμὲν τὸν ἔξωθεν τοῦ βήματος, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους ἀσπασμοὺς, τὸν ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν· ὅτε ἐλθὼν ὁ νεωστὶ χειροτονηθεὶς, τοῦ ἀρχιεπισκόπου καὶ τῶν ἀρχιερέων καθημένων, προσκυνεῖ τρὶς τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ, τὴν ὑποταγὴν αὐτοῦ δεικνὺς, καὶ τιμῶν τὴν Τριάδα. Εἶτα προσελθὼν, ὑπανισταμένου καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου μικρὸν, τιμῶντος αὐτὸν ὡς ἀρχιερέα, καὶ τῶν ἄλλων δὲ ἱσταμένων ἀρχιερέων, ἴσος γάρ ἐστιν αὐτοῖς καὶ ὁματαγὴς, ποιεῖται τὸν ἀσπασμὸν συνήθως· καὶ τὸν μὲν ἀρχιεπίσκοπον εἰς τὸ γόνυ καὶ τὴν χεῖρα καὶ τὴν παρειὰν ἀσπάζεται, τοὺς ἀρχιερεῖς δὲ ἱσταμένους **168** εἰς τὸ στόμα. Καὶ οὕτω πάλιν μέσον στὰς, καὶ τὸν ἀρχιεπίσκοπον προσκυνήσας, κελεύεται καθισθῆναι· καὶ κάθηται

Digitized by Google

εἰς τὸν τόπον τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας, ἤδη καὶ τοῦτον πραλαβών. Διὸ καὶ ὁ ἀσπασμὸς γίνεται, ἵνα καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ λάβῃ καὶ συγκάθεδρος ἀναγορευθῇ τῆς συνόδου καὶ συγκριτής. Καὶ δὴ κατὰ τὴν τάξιν τοῦ θρόνου αὐτοῦ καὶ τὴν τιμὴν ἔχει· καὶ κάθηται καὶ γνωμοδοτεῖ, καὶ τὰ λοιπὰ ἐνεργεῖ.

A in medio stat, et postquam sese coram archiepiscopo inclinavit, assidere jubetur. Sedet autem in loco ecclesiæ suæ debito, jam illius capturus possessionem; ideo enim fit illa salutatio, ut thronum suum accipiat, et synodi promulgetur assessor, et cum aliis judex. Nam secundum ordinem throni sui et honoratur, et sedet, et sententiam dicit, et cætera operatur.

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΓ'.

Διατί ἐν τῷ τρίτῳ καὶ τελευταίῳ ἀσπασμῷ θυμίαμα μετὰ ῥοδοστάγματος προσφέρεται· καὶ περὶ τῆς λεγομένης πράξεως, ἤτοι γράμματος, τὰ περὶ τῆς χειροτονίας δηλοῦντος.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διὰ τῆς χάριτος ἔλαβε, καὶ τῶν εὐόσμων προσφέρεταί τι, οἷον ῥοδόσταγμα, καὶ θυμίαμα διὰ τοῦ ἐπὶ τῆς εὐταξίας, ὃς καὶ προηγεῖται, καὶ τὸν χειροτονηθέντα ἐν τούτοις πᾶσι προπέμπει. Οὕτως οὖν ὁ χειροτονηθεὶς ἀρχιερεὺς καταστὰς πάντα τὰ νενομισμένα τετέλεκεν. Ὅς καὶ ἐγγράφως λαμβάνει τὰ περὶ αὐτοῦ ὑπομνήματα εἰς δήλωσιν ἀσφαλείας, γράμμα λαβὼν πάντα περιέχον τὴν ἀναγωγὴν αὐτοῦ, τὴν ἱερωσύνην, τὸν βίον, τὰς ψήφους, καὶ ὑπὸ τίνων ἐψήφισται, καὶ ὅπως τὴν ἀρχιερωσύνην κανονικῶς ἔλαβεν. Ὁ δὴ καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος ὑπογράφει, καὶ βούλλῃ οἰκείᾳ σφραγίζει, ὡς ἂν ἡ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν κατάστασις ἐμμάρτυρος τούτου ᾖ.

B

CAPUT CCXXIII.

Quare ad tertium et ultimum osculum suffitus cum aqua rosacea offertur, et de actione sive scripto quo singuli ordinationis ritus exponuntur.

Cum autem per gratiam hæc acceperit, offert aliquid suaveolens, veluti roseum liquorem, et quæ suffitum apta sunt facere, per eum qui cæremoniis ordine agendis præpositus est, qui in hujusmodi et præit, et ordinatum deducit. Cum igitur sic episcopus institutus omnia quæ legibus statuta sunt perfecerit, scripto etiam accipit testificationem securitatis causa eorum quæ de ipso dicta factave sunt; diploma nempe omnia continens, institutionem ipsius, mores, sacerdotium, suffragia, et a quibus suffragia accepit, quave ratione episcopatum canonice suscepit. Hoc testimonium archiepiscopus subscribit et bulla propria obsignat, ut sit illi promotionis et institutionis ad episcopatum testificatio.

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΔ'.

Περὶ κατασάσεως καὶ χειροτονίας, πατριάρχου.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ πατριάρχης ἐπίσκοπος, ἴδωμεν καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. Πατριάρχου πρὸς Θεὸν μεταστάντος, οὐδεὶς τῶν ἀρχιερέων τῇ Μεγάλῃ ὅλως ἐκκλησίᾳ παραβάλλει, ἵνα μὴ ὡς ἐπιβάτης λογισθῇ. Τοῦ βασιλέως δὲ ὡς ἐκδίκου τῆς Ἐκκλησίας προτροπὴν ἄνωθεν ἔχοντος τῶν θείων Πατέρων, σύνοδον ἱερὰν τούτου χάριν συνάγειν ἀρχιερέων, αὐτὸς δὴ ὁ βασιλεὺς τοὺς πλησιοχώρους προσκαλεῖται διὰ προσταγμάτων ἀρχιερεῖς. Καὶ συναχθέντων αὐτῶν, πάντες οἵ τε πρότερον ὄντες ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει, οἵ τε συναθροισθέντες ἔξωθεν ὅσοι δυνατὸν ἐλθεῖν, ἐπεὶ καὶ εἴπερ πάντες ἦσαν κανονικοί, τοῦ βασιλέως προστάγματι ὁμοῦ συνάγονται ἐν ἱερῷ τόπῳ ἑνί. Καὶ τοῦτο δὲ ἀρχαῖον ἔθος τὸ μὴ μόνους συνάγεσθαι, ἵνα μὴ σχίσματά τινα συμβαίη γενέσθαι καὶ ταραχάς. Συνάγονται δὲ οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ ναῷ τοῦ πατριαρχείου, ὅτι πατριάρχης οὐκ ἔστι, καὶ οὕτινι ἄδεια ἐκεῖσε παραβαλεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων θείῳ σηκῷ, διὰ τὴν χάριν τῶν ἀποστόλων, καὶ ὅτι ἀποστολικὸν τὸ λειτούργημα, καὶ κύκλῳ δὲ αἱ εἰκόνες τῶν ἀποστόλων, ὡς καὶ ἐν τῷ ψηφιφορίῳ οἱ ἀπόστολοι ἀνιστόρηνται ἄνωθεν τὸ Πνεῦμα δεχόμενοι. Τῆς εὐχῆς οὖν, καὶ τῶν τριῶν φώτων καὶ τοῦ θυμιάματος, καὶ τοῦ μνημοσύνου, καὶ τῆς ἀπολύσεως παρὰ τοῦ πρώτου ἀρχιερέως τελεσθέντων, συμψαλλόντων καὶ συνευχομένων καὶ τῶν λοιπῶν, κατὰ τάξιν κάθηνται, μόνον τοῦ χαρτοφύλακος αὐτοῖς συμπαρόντος, καὶ ὡς ἔθος αἱ ψῆφοι ἐν τρισὶ προσώποις,

C

CAPUT CCXXIV.

De constitutione et ordinatione patriarchæ.

Cum autem episcopus fit patriarcha, videamus quid in ejus consecratione observari soleat. Patriarcha ex hac vita ad Deum profecto nullus omnino episcoporum ad Magnam ecclesiam accedit, ne sedem hanc invadere velle videatur: sed imperator ea de causa sacram episcoporum synodum convocat, ea utens auctoritate sibi antiquitus a divinis Patribus ut Ecclesiæ defensori concessa. Advocat igitur in urbem, regiis suis litteris, vicinos episcopos quantum fieri potest; nam si omnes adessent, res esset plane canonica. Illi igitur secundum regias litteras simul cum iis qui in urbe tum versantur in loco sacro congregantur. Ex antiqua autem consuetudine soli non congregantur, ne schismata inter eos et tumultus contingant. Congregantur autem non in magno patriarchii templo, eo quod non est patriarcha, neminique licet illud accedere, sed in divina Sanctorum Apostolorum ecclesia, tum propter gratiam apostolicam, tum propter ministerium apostolicum. Circa eos appensæ sunt apostolorum imagines, velut in loco suffragiorum ferendorum historia apostolorum cœlitus Spiritum recipientium depingi consueta est. Oratione igitur et tribus luminibus, et thuris suffitu, et monimento, et absolutione ab episcoporum primo perfectis, cæteris simul psallentibus et comprecantibus ordine sedent, solo chartophylace ipsis considente. Suffragia autem secundum consuetudinem, ut diximus, in tres personas

D

Digitized by Google

feruntur, lataque ad imperatorem a chartophylace et duobus episcopis deferuntur. Unius de tribus a concilio nominatis electio antiquitus imperatori, ut uncto, a Patribus permissa est, eo quod omnes sunt a synodo electi, et digni eo honore judicati.

CAPUT CCXXV.

Quod ab imperatore ipso præsente dignitatem patriarchæ electus suscipit.

Qui igitur e tribus electus est, et declaratus, et ab ipso imperatore præsente dignus pronuntiatus, hoc enim fit ut plurimum propter operis magnitudinem et grave actionis momentum, quod qui noverunt, reverentur, electioni consentire persuasus, eaque accepta, indicta die declarationem excipit, convocatis omnibus qui illic sunt, episcopis, presbyteris, archimandritis, hegumenis, clero, et populi magna parte, velut promoto communi Patre, omnibus quoque principibus lampades gestantibus, facta prece, ut dictum est, ab electo patriarcha, et dimissione, solemnis illa patriarchæ electi declaratio sive indicatio a maximis senatoriis principibus pronuntiatur. Imperatoris enim personam gerunt, imperator vero quæ synodi sunt administrat, ut unctus Domini, et defensor atque minister Ecclesiæ cum unctus est, constitutus, idque tum pollicitus.

CAPUT CCXXVI.

Quomodo fiat decretum de ejus electione.

Quapropter qui declarationem pronuntiant, sic loquuntur : « Fortis et sanctus Dominus noster et imperator, et divina sacraque et magna synodus advocant sanctitatem tuam ad excelsissimum thronum patriarchii Constantinopolitani : » testantes quod imperator non a seipso, sed quæ synodus statuit simul cum synodo pronuntiat, et solum ministerium hic præbet.

CAPUT CCXXVII.

Contra eos qui dicunt quod imperator patriarcham facit.

Quapropter nugantur quidam rerum novarum inventores invidia impulsi, cum dicunt : Imperator patriarcham creat. Nullo modo id facit imperator, sed synodus ministrante pio imperatore, ut demonstratum est; non tantum quoniam defensor est, et imperator unctus ab Ecclesia, sed etiam ut cooperetur, et ministret, et diligat, et firma conservet quæ ad Ecclesiam spectant : tenetur enim propter Ecclesiæ pacem hæc inter orthodoxos observare. Postquam igitur electus sese ab onere subeundo modeste et honeste excusavit, Ecclesiamque suscepit, omnes episcopi illum adeunt et adoratione colunt, similiter clerici et laici benedictione ab eo accepta, quia sponsus Ecclesiæ est. Si igitur ille electus patriarcha episcopus est, ordinatione non eget, sed tantum enthronismo; si vero presbyter, ordinatur et in thronum collocatur.

ὡς εἰρήκαμεν, γίνονται. Καὶ τὰς ψήφους ταύτας ὁ χαρτοφύλαξ μετὰ δύο ἀρχιερέων προσκομίζει τῷ βασιλεῖ. Τούτῳ δὲ ἀνεῖται ἄνωθεν ἀπὸ τῶν Πατέρων ὡς κεχρισμένῳ βασιλεῖ, ἡ ἀπὸ τῶν τριῶν ἐκλογὴ, ὅτι ἐκλελεγμένοι εἰσὶ παρὰ τῆς συνόδου καὶ οἱ τρεῖς κεχριμένοι ἄξιοι.

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΕ'.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς δι' ἑαυτοῦ ἀξιοῖ τὸν ψηφισθέντα τὴν πατριαρχείαν καταδέξασθαι.

Ὁ οὖν ἐκ τῶν τριῶν ἐκλεγεὶς καὶ διαμηνυθεὶς, ἢ καὶ παρ' αὐτοῦ ἀξιωθεὶς παραγενομένου **169** τοῦ βασιλέως, τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ πλέον γίνεται διὰ τὸ μέγα τοῦ ἔργου καὶ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν μεγάλην ἐγχείρησιν τοὺς εἰδότας, ὡς εὐλαβουμένους αὐτὴν, ὁ πεισθεὶς καὶ καταδεξάμενος, ἐν ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ τὸ μήνυμα δέχεται πάντων συνηγμένων ἐκεῖσε ἀρχιερέων, ἱερέων, ἀρχιμανδριτῶν, ἡγουμένων, τοῦ κλήρου, καὶ πλείστου λαοῦ, ὡς τοῦ κοινοῦ προχειριζομένου Πατρὸς, καὶ ἀρχόντων λαμπαδηφορούντων ἁπάντων. Καὶ τῆς εὐχῆς γινομένης, ὡς εἴρηται, παρὰ τοῦ ὑποψηφίου πατριάρχου, καὶ ἀπολύοντος, τὸ μήνυμα δίδοται παρ' ἀρχόντων συγκλητικῶν τῶν μεγίστων, τοῦ βασιλέως γὰρ φέρουσι τὸ πρόσωπον. Ὁ βασιλεὺς δὲ τὰ τῆς συνόδου ὑπηρετεῖ, ὡς Χριστὸς Κυρίου καὶ ὑφένσωρ καὶ ὑπηρέτης τῆς Ἐκκλησίας καταστὰς, ἐν τῷ χρίεσθαι καὶ τοῦτο καθυποσχεθείς.

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΣ'.

Ὅπως τὸ μήνυμα γίνεται.

Διὸ καὶ οἱ τὸ μήνυμα λέγοντες οὕτω φασὶν· « Ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν αὐθέντης καὶ βασιλεὺς, καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ καὶ μεγάλη σύνοδος προσκαλοῦνται τὴν ἁγωσύνην σου εἰς τὸν ὑψηλότατον θρόνον τοῦ πατριαρχείου τῆς Κωνσταντινουπόλεως· » μαρτυροῦντες, ὡς οὐχ ὁ βασιλεὺς ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὰ τῆς συνόδου μετὰ τῆς συνόδου μηνύει, καὶ μόνον ὑπηρετεῖ.

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΖ'.

Κατὰ τῶν λεγόντων ὅτι ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην ποιεῖ.

Φλυαροῦσι τοίνυν οἱ λέγοντες καινοτόμοι φθόνῳ βαλλόμενοι, ὡς Ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην ποιεῖ· οὐδαμῶς γὰρ ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἡ σύνοδος ἐνεργεῖ, ἐξυπηρετουμένου μόνον τοῦ βασιλέως εὐσεβοῦς ὄντος, ὡς δέδεικται· οὐ μόνον ὅτι ἔκδικός ἐστι, καὶ βασιλεὺς χρισθεὶς ἐκ τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλ' ἵνα καὶ συνεργῶν εἴη καὶ ὑπηρετῶν, καὶ στέργῃ καὶ βέβαια τηρῇ τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὀφειλομένου καὶ τούτου ἐν τοῖς ὀρθοδόξοις τηρεῖσθαι, διὰ τὴν εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας. Ἀπολογουμένου οὖν καὶ τοῦ ὑποψηφίου τὰ εἰκότα, καὶ καταδεξαμένου τὴν Ἐκκλησίαν, πάντες ἀρχιερεῖς προσέρχονται τούτῳ καὶ προσκύνησιν ἀπονέμουσιν, ὁμοίως κληρικοί τε καὶ λαϊκοί, λαμβάνοντες εὐλογίαν ὅτι μνήστωρ τῆς Ἐκκλησίας ἐστίν. Οὗτος οὖν, εἰ μὲν ἐκ τῶν ἀρχιερέων ἐστὶν, οὐ δεῖται χειροτονίας, ἀλλὰ μόνον ἐνθρονισμοῦ· εἰ δὲ ἱερεὺς, χειροτονεῖται καὶ ἐνθρονίζεται.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΗ'.

Ὅτι τὸ μήνυμα γεγονὼς ἱερεὺς δέχεται ὁ μὴ πρότερον ὢν ἱερεύς. Καὶ περὶ προβλήσεως πατριάρχου.

Εἰ δὲ ψηφισθεὶς οὐκ ἦν ἱερεύς, καταδεξάμενος γενέσθαι, κατὰ τάξιν καὶ βαθμὸν προαγόμενος, πρῶτον χειροτονεῖται εἰς ἱερέα, καὶ οὕτω τὸ μήνυμα δέχεται. Μετὰ δέ γε τὸ μήνυμα καὶ ἕτερόν τι γίνεται πρὸ τῆς χειροτονίας ἡ τοῦ ἐνθρονισμοῦ, ὃ καλεῖται « πρόβλησις. » Τοῦτο δέ ἐστιν ὁμολογία τοῦ βασιλέως διὰ στόματος οἰκείου καὶ τιμὴ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς ἀτέργει τὸν ἐκλεγέντα παρ' αὐτῆς, καὶ ἐψηφισμένον, τὴν Ἐκκλησίαν ποιμαίνειν καταδεξάμενον καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι τῇ δωρησαμένῃ τούτῳ τὴν βασιλείαν ἔχει καὶ αὐτὸς αὐτὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην. Οὐ μὴν ἐνεργεῖ αὐτὸν αὐτὸς, οὐδὲ δίδωσι τούτῳ τι, ἀλλὰ συμφωνεῖ καὶ ἐπακολουθεῖ τῷ ἔργῳ. Καὶ δῆλον ὅτι οὐ δίδωσιν, ἀλλὰ λαμβάνει μᾶλλον, καὶ ὡς ὑπηρέτης τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν, ὅτι τὴν ἱερὰν ῥάβδον αὐτῷ τῷ ὑποψηφίῳ ἐγχειρίσας οἰκείᾳ χειρὶ, προσέρχεται καὶ ὑποκλίνει τούτῳ τὴν κεφαλήν· καὶ ἀποκαλύπτων αὐτὴν, ὡς ἔθος, εὐλογίαν δέχεται, καὶ ἀσπάζεται τὴν τοῦ ὑποψηφίου χεῖρα. Φανερώτερον δὲ, ὅτι **170** οὐ δίδωσιν αὐτός τι, ἀλλὰ τοῦτο ποιῶν τὰ τῆς Ἐκκλησίας στέργει τε καὶ βεβαιοῖ, ὅτι καὶ ὄντος ἀρχιερέως, τοῦ ὑποψηφίου πατριάρχου, καὶ μηδενὸς εἰς χειροτονίαν ἀρχιερατικοῦ χρείαν ἔχοντος, τοῦτο γίνεται. Καὶ ἔτι τοῦτο διὰ τὸ τιμᾶν ἐστι τὸν βασιλέα τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ ἄρχειν.

CAPUT CCXXVIII.

Quod is qui antea sacerdos non erat, prius ordinatur sacerdos antequam decretum de ejus electione accipiat. Et de patriarchæ promotione sive declaratione per imperatorem.

Si autem electus non erat presbyter, postquam ut fieret consensit, secundum ordinem et gradum quem habet promotus, primum in presbyterum consecratur, et consecratus solemni declaratione inauguratur. Post declarationem autem illam et paululum antequam episcopus ordinetur, vel inthronizetur, fit id quod dici solet promotio, hoc est, confessio imperatoris per os proprium, honoremque defert Ecclesiæ testificans se electum ab Ecclesia diligere et amplecti quem statuit synodus Ecclesiam pascere, habereque illum et agnoscere in nomine sanctæ Trinitatis a qua imperium accepit, in archiepiscopum Constantinopoleos novæ Romæ et œcumenicum patriarcham. Non igitur creat illum imperator, neque illi dat aliquid, sed operi jam facto consentit et obsequitur. Clarum est quod nihil illi dat ; sed potius] ab eo accipit, et veluti minister est rerum ecclesiasticarum. Nam cum electo sacram virgam propria manu tradidit, ad eum accedit, et illi caput inclinat, et aperit, et sicut moris est, benedictionem accipit, osculaturque electi patriarchæ manum. Clarius adhuc patet imperatorem nihil illi dare, sed hæc facere ut ostendat se amore in Ecclesiam ferri, et quæ ab ea constituta sunt, confirmare. Quoniam si electus patriarcha est episcopus, nulloque consequenter egeat episcopali ministerio ad ordinationem, id tamen fieri solet. Præterea hoc facit imperator, ut demonstret se Ecclesiam honorare, non ut illi imperet.

ΚΕΦΑΛ. ΣΚΘ'.

Διατί μανδύαν ἀποστέλλει μὲν καὶ τὸ ἐγκόλπιον τῷ ὑποψηφίῳ πατριάρχῃ ὁ βασιλεὺς, δικανίκιον δὲ τῇ χειρὶ δίδωσιν.

Ὅτι ἐλθόντα τὸν ὑποψήφιον ὁ βασιλεὺς πρὸ τοῦ ἰδεῖν φιλοφρονεῖ, καὶ μανδύαν μετὰ ποταμῶν ἀποστέλλει, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐγκόλπιον, ὅπερ ὡς ἀρράβδων ἐστι καὶ ὡς ὑπηρέτης καὶ φύλαξ αὐτὸς φυλάσσει. Διὸ καὶ τὴν ῥάβδον ὡς τιμιωτέραν καὶ ποιμαντικῆς ἐξουσίας σύμβολον αὐτὸς δίδωσι διὰ τὴν τιμὴν καὶ τὸ ἀσφαλέστερον τῇ χειρί· καὶ δείκνυσι πᾶσιν, ὅτι καὶ αὐτὸς τοῦτον ποιμένα στέργει, ὃν ἐξελέξατο ὁ Θεός· καὶ φανερώτερον τοῦτο μαρτυρῶν, κελεύει. Καὶ ἵππος παρασήμοις τισὶ κοσμεῖται· καὶ ἐπ' αὐτῷ ὁ ὑποψήφιος κάθηται. Καὶ ὑπὸ χαλινοῦ τοῦ κόμητος τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου κατέχοντος ἀντὶ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ὡς ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος τῷ ἱερῷ πεποίηκε Σιλβέστρῳ, προπέμπεται διά τε τῆς βασιλικῆς πάσης αὐλῆς καὶ τῆς δημοσίας ὁδοῦ ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ πατριαρχείου. Εἰ ἔστι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ υἱὸς, ἕπεται ἔφιππος, καὶ ἡ σύγκλητος πᾶσα. Οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἡ καλουμένη πρόβλησις γίνεται διὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας τιμὴν, ἡ εἰς Χριστὸν ἀναφέρεται. Καὶ εἰ μὲν ὁ ψηφισθεὶς ἀρχιερεύς ἐστιν, ὡς ἔφημεν, μετὰ τὸ μήνυμα εὐθὺς πατριάρχης ἐστὶ, καὶ οὐδενὸς ἄλ-

CAPUT CCXXIX.

Quare imperator pallium et encolpium sive thecam sacrarum reliquiarum ad electum patriarcham mittit, baculum vero ipse manu sua illi porrigit.

Nam imperator electum ad se venientem, antequam illum videat, blande et amanter prosequitur, pallium undulatum illi mittens, et crucem sinu gestari solitam, quæ ut pignus velut minister et custos conservat. Ideo virgam, ut honorabilius potestatis pastoralis symbolum, ipse manu tradit propter honorem et securitatem, atque ut demonstret se pastorem quem Deus elegit, charitate complecti. Testimoniorum tamen evidentissimum hoc est : jubet ut præparetur equus phaleris pulchre insignitus, et illi electus insideat, frenaque equi prehendat, vice imperatoris, comes pedes incedens, ut olim sancto Sylvestro fecit magnus imperator Constantinus, et sic pedibus incedat per aream regiæ et viam publicam donec ad patriarchium perveniat. Si autem est imperatori filius, eques sequitur, et omnis senatus. Sic igitur ad Ecclesiæ honorem fit ea quæ vocatur promotio, sed hæc omnia ad Christum referuntur. Si electus episcopus est, ut diximus, post solemnem declarationem statim est patriarcha, nulloque alio indiget præter solum enthronismum. Promotus in ecclesiam ve-

Digitized by Google

nit, templumque ingressus et sanctum altare, epitrachelium et pallium sibi circumponit, et accepto thuribulo et thure, prece facta suffumigat sacram mensam et thronum sanctum superiorem, ut sibi concessum, iterumque sacram mensam, osculaturque sacrum Evangelium, et sanctam mensam iterum, velut Christum et Ecclesiam quam accepit. Postea reddens thuribulum diacono ab eo suffumigatur, et tempore advenierte benedicit Deum, qui eum tantis donis dignatus est : quoniam etiam ab oratione incipere debet qui Ecclesiam accepit, cum oratio unionem cum Christo cujus est Ecclesia, significet. Hinc etiam trisagii oratione facta diaconus ambonem ascendit, ibique supplicationem protensam pronuntiat, in qua imperatorum memoriam facit et ipsius patriarchæ; patriarcha autem dicta apud se oratione protensæ supplicationis exclamat, « Quia misericors, » etc., et dimissione facta, faustaque acclamatione ad multos annos decantata, ut sacerdotium perseveret incolume, crucis signo facto abit.

A

B

CAPUT CCXXX.

De enthronismo patriarchæ et de pace quæ ab antistite datur, et quantum fas, illi redditur.

Crastina vero die, congregatis imperatoribus et principibus et fere omni populo, liturgia magno cum apparatu celebratur a patriarcha, assistentibus ei episcopis omnibus, et clero, et urbis sacerdotibus. Oportet enim omnes adesse pastoris sui enthronismo, et eum in cathedra conspicere, velut ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei viventis, et ab ipso in his initiis tum maxime benedici, pacemque ab eo de sacerdotali throno suscipere, eamque illi vovere et acclamare. Pax autem illa est Servatoris nostri, quæ omnem intellectum superat, hæreditas nostra, suavis compellatio et æterna exspectatio, ut, quemadmodum precatus est, unum cum ipso simus, Patreque ejus et Spiritu. Illa igitur est quæ nos Deo et angelis conjungit, quæ bona nobis abunde suppeditat in hoc et præsenti sæculo, cujus pacis Jesu non est terminus, quam ad crucem procedens nobis in hæreditatem reliquit, ut dictum est, quamque a mortuis suscitatus primum pronuntiavit, et dedit, nobisque insevit. Hanc divinam pacem qui zelotæ sunt fidei, et vere Christiani audire desiderant ab episcopo; quique sciunt quæ sit salutatio illa pacis, orant sacros episcopos quandiu vivunt, in throno sedere, et pacem ipsis dicere et precari, ut scriptum est in Vita magni Petri Alexandrini, qui sæpe verecundabatur hoc facere, reverens virtutem quæ est in throno episcopali, quam sæpius corde puro conspiciebat. Post mortem etiam magno cum desiderio petierunt videre pastores suos mortuos in throno suo sedentes, hoc modo credentes se divina pace frui.

πολλῇ, καὶ νεκροὺς ἐπὶ τοῦ θρόνου ἰδεῖν αὐτῶν τοὺς εἰρήνης.

λου δέεται, εἰ μὴ τοῦ ἐνθρονισμοῦ μόνου. Καὶ προβληθεὶς, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἔρχεται· καὶ εἰσελθὼν τὸν ναὸν καὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον, ἐπιτραχήλιον καὶ ὠμοφόριον περιτίθεται. Καὶ θυμιατήριον λαβὼν, καὶ τὸ θυμίαμα εὐλογήσας, κύκλῳ θυμιᾷ τὴν ἱερὰν τράπεζαν καὶ τὸν ἄνω ἅγιον θρόνον, ὡς δεδομένον αὐτῷ· καὶ πάλιν τὴν ἱερὰν τράπεζαν· καὶ ἀσπάζεται τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον καὶ αὐτὴν, ὡς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἣνπερ παρέλαβε· καὶ τὸ θυμιατὸν δοὺς διακόνῳ, θυμιᾶται παρ' αὐτοῦ. Καὶ καιροῦ γινομένου εὐλογεῖ τὸν Θεὸν, τὸν τηλικούτων αὐτὸν ἀξιώσαντα· καὶ ὅτι ἀπὸ προσευχῆς δεῖ ἄρχεσθαι, τὴν Ἐκκλησίαν παραλαβών· ἐπεὶ καὶ ἕνωσις πρὸς Χριστὸν, οὗ ἡ Ἐκκλησία, ἡ προσευχή. Ὅθεν καὶ προσευχῆς Τρισαγίου γινομένης, ὁ διάκονος τὰ τῆς ἐκτενοῦς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ποιεῖται, δεήσεως· καὶ μνημονεύει τῶν τε βασιλέων, καὶ τοῦ πατριάρχου αὐτοῦ. Ὁ δὲ πατριάρχης τὴν εὐχὴν εἰπὼν καθ' ἑαυτὸν τῆς ἐκτενοῦς ἱκεσίας, ἐκφωνεῖ, « Ὅτι ἐλεήμων· » καὶ ἀπόλυσιν ποιησάμενος, τοῦ, « Εἰς πολλὰ ἔτη, » ᾀδομένου ὑπὲρ τοῦ διαμένειν τὴν ἀρχιερωσύνην, σφραγίσας, ἀνέρχεται.

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΣΛ'.

Περὶ τοῦ ἐνθρονισμοῦ καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἀρχιερέως διδομένης εἰρήνης, καὶ ἀντιδιδομένης ὅσον δύναται.

Τῇ κυρίᾳ δὲ ἡμέρᾳ τῶν βασιλέων συνηγμένων καὶ ἀρχόντων, καὶ σχεδὸν παντὸς τοῦ λαοῦ, ἡ λειτουργία μεγαλοπρεπῶς τελεῖται παρὰ τοῦ πατριάρχου, συνόντων αὐτῷ τῶν ἀρχιερέων ἁπάντων καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τῶν τῆς πόλεως ἱερέων. Δεῖ γὰρ πάντας παρεῖναι ἐπὶ τῷ τοῦ ποιμένος αὐτῶν ἐνθρονισμῷ, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς καθέδρας ὡς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν αὐτὸν τὸν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ εὐλογηθῆναι παρ' αὐτοῦ τότε μᾶλλον καὶ καταρχὰς καὶ τὴν εἰρήνην παρ' αὐτοῦ δέξασθαι ἀπὸ τοῦ ἱερωτάτου θρόνου καὶ προσφωνῆσαι ταύτην αὐτῷ. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ εἰρήνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ πάντα νοῦν ὑπερέχουσα, ἡ κληρονομία ἡμῶν, τὸ γλυκὺ πρόσρημα, ἡ αἰώνιος προσδοκία, ἵνα ὦμεν ἓν μετ αὐτοῦ, καὶ τοῦ **171** Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ ηὔξατο. Αὕτη οὖν, ἡ καὶ τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἡμᾶς συνάπτουσα, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἡμῖν χορηγοῦσα, καὶ ἐν τῷ παρόντι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ἧς εἰρήνης τοῦ Ἰησοῦ ὅριον οὐκ ἔστιν οὐδέν· ἣν καὶ πρὸς τὸ πάθος ἐρχόμενος, κληρονομίαν ἀφῆκεν ἡμῖν, ὡς εἴρηται, καὶ ἀναστὰς πρῶτον εἰρηκέ τε καὶ δέδωκε καὶ ἐφύτευσεν ἐν ἡμῖν· ἧς ἐπιθυμοῦντες ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ ἱεράρχου θείας εἰρήνης οἱ ἐξαρχῆς ζηλωταὶ τῆς πίστεως, καὶ ὄντως Χριστιανοὶ, εἰδότες τί ἐστι τὸ πρόσρημα τῆς εἰρήνης, καὶ ζώντων τῶν ἱερῶν ἀρχιερέων ἐδέοντο ἐπὶ τοῦ θρόνου καθῆσαι, καὶ τὴν εἰρήνην αὐτοῖς εἰπεῖν, ὡς ἐν τῷ βίῳ τοῦ μεγάλου Πέτρου Ἀλεξανδρείας γέγραπται, ὃς καὶ πολλάκις ᾐδεῖτο τοῦτο ποιεῖν, τὴν ἐν τῷ θρόνῳ εὐλαβούμενος δύναμιν, ἣν καὶ πολλάκις ἐώρα ὡς τὴν καρδίαν καθαρὸς, καὶ μετὰ τὸ τέλος ἐζήτουν ἐν ἐπιθυμίᾳ ποιμένας, ὡς καὶ οὕτω πιστεύοντες τυχεῖν τῆς θείας

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΣΛΑ'.

Περὶ τῶν θείων καὶ μεγάλων ἀρχιερέων Πέτρου Ἀλεξανδρείας καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσορρήμονος· ὅτι ἐκάθισαν τούτους τοῖς θρόνοις καὶ μετὰ θάνατον διὰ τὴν ἄνωθεν εἰρήνην.

generi admodum modico præ omnibus fere gentibus datum est. Porro circa muros et fundamenta fit ab initio suffitus, quoniam super fundamentum apostolorum et prophetarum fundata est Ecclesia, et lex quidem incepit, veritas autem perfecta est, et quia sicut tabernaculum in Spiritu sancto a Moyse et Beseleel fuit ædificatum, quanto magis divina gratia templum Christi ædificatum fuit et fundatum, quod sanctissimum exprimit corpus ejus in Virgine ex purissimo divinoque ejus sanguine coalescens virtute Spiritus sancti. Quapropter dum adstantes a muris templi recedunt, incensante fundamenta sacerdote, et iterum accedunt, Dominum ostenditur primo conceptum in Virgine et incarnatum, posterius vero nos longe ab eo distantes illi fuisse adunatos, et ex eo sanctificatos, et insuper primo templum sanctificari, et deinde nos per illud, prout in tabernaculo factum est atque in vetere templo quæ Dominum figurabant. Deinceps templum ingreditur sacerdos incensando, Deum in hoc honorans, illumque antiquum imitans suffitum qui in Sancta sanctorum fiebat, sed sacerdote legali longe honorabilior, utpote magni soliusque Pontificis gratia ditatus illius qui sacerdos est secundum ordinem Melchisedech. Sed et sicut angelus Dei omnipotentis, sicut scriptum est, sacerdos per incensum Deum placat quemadmodum populus per psalmos, qui Deo gratias agunt eumque propitium efficiunt, obsecrantes etiam ut ad nos veniat et manifesteiur, ac ipsius Salvatoris nostri conversationem præsignificantes et præsertim immaculatam illius vitam agendi rationem, quod recte demonstrat psalmus tunc cantatus : «Beati immaculati, » et insuper sanctorum ejus vitam, necnon Salvatoris passionem et resurrectionem. Ideo iste psalmus præcipue in Dominicis psallitur sæpiusque in sanctorum commemorationibus, primus quoque cum secundo et tertio : «Beatus vir ;» solus enim est Salvator beatus vir, et immaculatus in via ; ejus autem per gratiam, ejusdem sancti. Igitur ingressus sacerdos intus cum thuribulo velut in Sancta sanctorum, seu potius in loca illis multo digniora, in hoc testatus et imitatus suffimentum Zachariæ qui solus in adytis incensans præconem gratiæ in donum habuit Joannem qui et prædicatione et baptismo, et vita et passione præcursor fuit Salvatoris nostri et Dei, crucem accipit, et absque lampade, sed in silentio egreditur, quia Jesus Deus noster, impietis legalibus, illiusque cruce prædicata per documenta et prædicationes prophetarum, ipse cum humilitate et sine ostentatione ad nos venit, vitamque ostendit crucifixam et sancte conversatus est, istamque cum cruce vitam appropinquare monstravit ad cœlestem portam et ad angelicam conversationem. Quapropter impletis omnibus a prophetis prædicatis, crucifixus est, necnon mortuus, redivivus, misit qui prædicarent et baptizarent in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et quoniam crucifixus nobis

σωτήριος, ἀλλ' ἀμυδρὰ καὶ σκιώδης οἵαν ἐν εἰρκτῇ ἐξ ἀπῆς δι' ὑμένος αὐγὴ βραχεῖα, ἣν δηλοῖ τὸ θυμίαμα περὶ τὸν νάρθηκα μόνον γινόμενον, τὴν νομικὴν καὶ σκιώδη θηλοῦν λατρείαν, ἥτις καὶ εἰς ἓν τότε δέδοται γένος καὶ μόνον τῶν 250 Ἰουδαίων, καὶ αὐτὸ μικρὸν τελοῦν παρὰ πάντα σχεδὸν τὰ ἔθνη. Περὶ τοὺς τοίχους δὲ καὶ τοὺς θεμελίους ἐξ ἀρχῆς τὸ θυμίαμα, ὅτι ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν ᾠκοδόμηται ἡ Ἐκκλησία. Καὶ ἦρξατο μὲν ὁ νόμος · τετέλεκε δὲ ἡ ἀλήθεια · καὶ ὅτι ὥσπερ ἡ σκηνὴ Πνεύματι ἁγίῳ ὑπὸ Μωϋσέως καὶ Βεσελεὴλ ἐτελέσθη, πολλῷ μᾶλλον χάριτι θείᾳ ὁ τοῦ Χριστοῦ ναὸς τετέλεσται καὶ τεθεμελίωται, ὃς τὸ πανάγιον αὐτοῦ τυποῖ σῶμα, συστὰν ἐν τῇ Παρθένῳ ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ θείων αἱμάτων αὐτῆς Πνεύματος ἁγίου δυνάμει. Διὸ καὶ τὸ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ ναοῦ τοίχων τοὺς ἱσταμένους θυμιῶντος τοῦ ἱερέως τοὺς θεμελίους, καὶ πάλιν ἵστασθαι, τὸ πρῶτον συλληφθῆναι τὸν Κύριον ἐν τῇ Παρθένῳ καὶ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ, ὕστερον δὲ ἡμᾶς μακρὰν ὄντας αὐτῷ ἑνωθῆναι, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἁγιασθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον ἁγιάζεσθαι τὸν ναόν, εἶτα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἐν τῇ σκηνῇ γέγονε, καὶ τῷ πάλαι ναῷ, ἃ ἐτύπουν τὸν Κύριον. Εἶτα τὸν ναὸν εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς θυμιῶν, τιμῶν ἐν τούτῳ τὸν Θεόν, καὶ τὸ πάλαι θυμίαμα ἐκμιμούμενός τε εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, τιμιώτερος ὢν ἐκείνου τοῦ ἱερέως, ὡς τὴν χάριν τοῦ μεγάλου καὶ μόνου ἀρχιερέως πλουτῶν, τοῦ κατὰ τὸν τύπον Μελχισεδέκ. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγγελος Θεοῦ παντοκράτορος ὁ ἱερεύς, καθὰ γέγραπται, διὰ τοῦ θυμιάματος τὸν Θεὸν ἱλασκόμενος, ὥσπερ καὶ ὁ λαὸς διὰ τῶν ψαλμῶν, οἵτινες καὶ εὐχαριστήριοι καὶ ἱλαστήριοί εἰσι πρὸς Θεόν, καὶ πρὸς τὸ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς καὶ ἐμφανισθῆναι παρακαλοῦντες, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προεμφαίνοντες, καὶ μάλιστα τὴν ἄμωμον αὐτοῦ ζωήν τε καὶ πολιτείαν · ὅπερ σαφῶς καὶ ὁ λεγόμενος Ἄμωμος ἐκδιδάσκει · καὶ ἔτι τὴν τῶν ἁγίων αὐτοῦ βιοτήν · ἀλλὰ καὶ τὰ πάθη τοῦ Σωτῆρος καὶ τὴν ἀνάστασιν. Διὸ καὶ οὗτος ἐξαιρέτως ἔν τε Κυριακαῖς ψάλλεται, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἁγίων μνήμαις πολλάκις. Καὶ ὁ πρῶτος δὲ ψαλμὸς σὺν τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ, τὸ « Μακάριος ἀνήρ · » μακάριος γὰρ ἀνὴρ καὶ ἄμωμος ἐν ὁδῷ μόνος ὁ Σωτήρ ἐστι · κατὰ χάριν δὲ τούτου καὶ οἱ ἅγιοι αὐτοῦ. Εἰσελθὼν οὖν ὁ ἱερεὺς ἔνδον τῷ θυμιάματι ὡς εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, μᾶλλον δὲ τὰ τούτων ἐπέκεινα, κἀν τούτῳ μαρτυρῶν τὸ θυμίαμα Ζαχαρίου καὶ ἐκμιμούμενος, ὃς θυμιῶν ἐν ἀδύτοις μόνος, τὸν κήρυκα τῆς χάριτος δῶρον ἔσχε τὸν Ἰωάννην, ὃς Πρόδρομος ἦν τῷ κηρύγματι καὶ βαπτίσματι καὶ τῇ ζωῇ καὶ τῷ πάθει, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ, τὸν σταυρὸν λαμβάνει. Καὶ οὐ μετὰ λαμπροφορίας, ἀλλ' ἐν σιγῇ ἐξέρχεται · ὅτι καὶ Ἰησοῦς ὁ Θεὸς ἡμῶν τῶν νομίκων τελουμένων, καὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ προκηρυττομένου διὰ τῶν παθημάτων καὶ κηρυγμάτων τῶν προφητῶν, αὐτὸς μετὰ ταπεινώσεως καὶ οὐ φαντασίως πρὸς ἡμᾶς ἦλθε, καὶ ὑπέδειξε τὴν ἐσταυρωμένην ζωήν, καὶ ἁγίως ἐπολιτεύσατο, καὶ ἐγγίζουσαν ἔδειξε τῇ οὐρανίῳ πύλῃ

Digitized by Google

καὶ ἀγγελικῇ πολιτείᾳ τὴν μετὰ σταυροῦ ταύτην ζωὴν. Διὸ καὶ μετὰ τὸ τελέσαι πάντα τὰ διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθέντα, ἐσταύρωται, καὶ ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς, ἀπέστειλε κηρύττειν καὶ βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ διὰ τοῦτο τρία ἀνάπτεται φῶτα τῷ τριΐῳ σταυρῷ. Καὶ ἐπειδὴ ἀναστὰς ἡμῖν ἐσταυρωμένος διὰ τῶν ὠτειλῶν ὤφθη, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήλυθε, καὶ ἡμᾶς συνεισήγαγε, τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ τοῦτο δηλοῦντος μετὰ τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ ἱερέως αὐτὸν τὸν σταυρὸν κατέχοντος, καὶ ἅπαντες συνεισέρχονται· ὅτι αὐτὸς ἡμῖν ἐνεκαίνισεν ὁδὸν πρόσφατον διὰ τοῦ καταπετάσματος τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ εὑρομεν τὴν εἴσοδον εἰς τὰ ἅγια· καὶ αὐτὸς εἰσῆλθε μέγιστος ὢν ἀρχιερεὺς ἅπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος ἡμῖν ὁ Λυτρωτής. Οὕτω μὲν οὖν εἰσερχόμεθα σὺν αὐτῷ, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες, ὃν ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸς τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔξωθεν. Διὰ τοῦτο καὶ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ὁ σταυρὸς αὐτοῦ φέρεται· ἵνα ὡς παθόντος αὐτοῦ καὶ θλιβέντος ἔξωθεν διὰ τὸν ἔσωθεν τῆς Ἐδὲμ πειρασθέντα τε καὶ νενικημένον καὶ τεθανατωμένον Ἀδὰμ **251** καὶ ἐξωθέντα αὐτῆς, ἡμεῖς ἔνδον εἰσέλθωμεν διὰ τοῦ παθόντος ἔξωθεν τῆς Ἱερουσαλὴμ Ἰησοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ ὡς βασιλεῖ τῶν οὐρανῶν εἰς τὸν οὐρανὸν συνανέλθωμεν. Τοιαῦτα καὶ τὰ τοῦ ὄρθρου. Ἀναγνώσεως δὲ τεθείσης, καὶ μάλιστα τοῦ συναξαρίου, τὰ τῶν παθόντων ὑπὲρ Χριστοῦ δηλοῦντος, ἢ τὰ περὶ τῆς ἐνεστώσης ἑορτῆς, ἢ τὰ τῶν τελειωθέντων ὁσίως διὰ Χριστὸν, οἳ τὸν ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα Χριστὸν ἐμιμήσαντο, πάλιν ἡ ἐκτενὴς γίνεται δέησις· καὶ τὸ, « Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, » μετὰ ἁρμοδίου ὑποψάλμου ᾄδεται, ὃ πεντηκοστάριον λέγεται.

A post resurrectionem cum vulneribus apparuit, et in cœlum ascendit, nosque congregavit, cruce ejus tum hoc significante cum pontifice, sacerdote crucem illam portante, omnes ingrediuntur, quoniam ipse nobis aperuit viam novam per velamen carnis suæ, et per eum invenimus ingressum in sancta, et ipse maximus vere pontifex introivit semel in sancta redemptor, æterna nobis redemptione inventa. Igitur ita quidem ingredimur cum eo, improperium ejus portantes quod pro nobis passus est extra Jerusalem. Ideo etiam extra templum crux ejus fertur, ut quum ille passus est et contritus extra propter Adam intra Edem tentatum, et victum atque interfectum ac inde expulsum, nos intus introeamus per Jesum extra Jerusalem passum, B necnon cum eo utpote cœlorum rege in cœlum congregemur. Tales sunt officii matutini ritus. Facta autem lectione et præsertim lectiuncula manifestante agones eorum qui pro Christo passi sunt, vel ea quæ ad festum occurrens spectant, vel acta eorum qui sancte in Christo dormierunt ejus mortem et resurrectionem imitati, rursum fit continens oratio, et psalmus «Miserere mei, Deus :» cum versiculo intercalari et modulato psallitur; quod πεντηκοστάριον dicitur.

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΑ'.

Περὶ τοῦ πεντηκοστοῦ ψαλμοῦ.

Πεντηκοστάριον δὲ, ὅτι καὶ ὁ ψαλμὸς πεντηκοστός. Καὶ οὗτος ὡς ἐπὶ τῷ φόνου ἐγκλήματι τοῦ Δαβὶδ καὶ τῇ μοιχείᾳ ῥηθεὶς, ἁρμόδιος πρὸς πάντας βροτοὺς εὐσεβεῖς, ὡς μετανοίας ψαλμός· μᾶλλον τῷ ἀρχηγῷ τοῦ γένους Ἀδὰμ, πεφονευκότι ἑαυτόν τε καὶ πάντας γηγενεῖς, καὶ μοιχείαν τετελεκότι, ὡς τὸ μὴ δεδομένον εἰς τροφὴν αὐτῷ ξύλον φαγόντι, καὶ ἰσοθείαν νοσήσαντι, ἣν οὐκ εἶχε κατὰ φύσιν. Οὐ γὰρ Θεὸς ἦν, ἀλλὰ κτίσμα, κἀὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως πταίουσι προσήκων ἐστί. Διὸ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς πρὸ παντὸς ᾄδεται ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸν ἔλεον Θεοῦ ἐκκαλούμενος, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ καρδίαν καθαρὰν ἐξαιτούμενος κτήσασθαι· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐγκαινισθῆναι ἡμῖν, ὅπερ ἀπωλέσαμεν μολυνθέντες, καὶ μὴ ἀποστῆναι ἡμῶν τοῦτο δυσωπεῖ· καὶ Πνεῦμα συντετριμμένον ὡς θυσίαν προσάγει, δηλαδὴ τὴν μετάνοιαν, ἀντὶ τῆς παλαιᾶς ἐξ ἀλόγων θυσίας· ἐνταῦθα τὰ τοῦ Εὐαγγελίου προσημαίνων καὶ ἀναιρῶν τὰ νομικὰ, ὡς σκιώδη τελοῦντα καὶ ἀτελῆ. Οὐ γὰρ διὰ ζώου ἀλόγου προσαγωγῆς δυνατὸν σωθῆναι τὸν λογικῇ ψυχῇ χρώμενον, εἰ μὴ διὰ ταύτης ἐπανορθωθείη πάλιν τῆς ψυχῆς. Ὑπὲρ ἐστὶ μετανοῆσαι ἱλοσχερῶς, καὶ θυσίαν ἀνθ' ἑαυτοῦ προσαγαγεῖν ἄνθρωπον ἀναμάρτητον, ὃς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐνανθρωπήσας, καὶ θυσίαν ἑαυτὸν οἰκειοτάτην ὑπὲρ ἁπάντων δοὺς,

CAPUT CCCLI.

De psalmo quinquagesimo.

Porro πεντηκοστάριον appellatur, quia psalmus est quinquagesimus; qui utpote de reatu homicidii David ejusque adulterio pronuntiatus recte omnibus piis hominibus ut pœnitentiæ psalmus convenit, et in primis capiti generis Adam qui sibi et omnibus posteris ejus mortem intulit, et adulterium perpetravit manducando de ligno quod ei in escam datum non fuerat, atque Dei similitudinis desiderio ægrotavit quam secundum naturam non habuit, quum Deus non esset, sed creatura; qua ægritudine laborant omnes similiter delinquentes. Ideo psalmus iste ante quemcumque in Ecclesia cantatur Dei invocans misericordiam et remissionem peccatorum, oransque ut cor mundum creetur, sanctusque Spiritus renovetur in nobis, quem peccato maculati amiseramus; et obsecrat ut ille a nobis non auferatur; spiritum autem contritum offert in sacrificium, videlicet pœnitentiam loco veteris irrationabilium sacrificii, inde evangelica præsignificans et legalia auferens utpote caliginosa et imperfecta: non enim possibile est per animal irrationale salvum fieri rationalem animam habentem, nisi rursus per hanc animam corrigatur, quod est perfectam facere pœnitentiam, et in sacrificium pro semetipso offerre hominem a peccato immunem, nempe Jesum Christum Dei Filium pro nobis incarnatum, qui semetipsum hostiam peculiarissimam

C

D

Digitized by Google

pro universis dedit; necnon sperat ædificandam novam Jerusalem, scilicet Ecclesiam, quando et efferendum prædicit laudis sacrificium, confessionem Christi, saginatumque vitulum ipsum Dominum. Igitur convenienter tunc per versus dicitur psalmus quinquagesimus ab utroque choro, necnon diei aut festi sive sancti absolutio. Festis quidem Dominicis post «Gloria et Nunc» dicitur festi absolutio; singulis autem diebus absolutio diei propria; necnon ad versum: «Ne projicias me a facie tua,» dicunt: «Auxilium Christianorum;» verum ad «Gloria, Unigenitus,» et ad verba: «Et nunc» dicunt: «Gloriosissimam.» Et statim recitantur canones festi vel sancti quos instituimus ad decorem et bonum Ecclesiæ ordinem, necnon ad gloriam Dei ejusque sanctorum. In octo quidem partes psalluntur, si duo sunt; in sex vero si dicitur canon Magnus sanctus, aut in quatuor, si festum non sit. Quod fit ad utilitatem incitamentumque et perseverantiam justorum, utpote canonibus consuetorum. Etenim prius quidem canones in cantione non psallebantur, sed post quinquagesimum psalmum, facta conjuncta, protinus dicebantur psalmi «Laudate.» Nunc vero post canones dicuntur ἐξαποστελλάρια seu hymnus «Emitte.» Deinde parva conjuncta, et illico psalmi «Laudate.» Cantor primi chori: «Laudate, inquit, Dominum de cœlis, te decet hymnus Deum,» et alius ad alium versum idem dicit, aliosque versus sex similiter recitant. Unde patet monachos a cantione originem ducere, quum et ipsi ab initio dicant: «Te decet hymnus Deum.» Porro ad illud: «Laudate Dominum de terra,» dicitur: «Date gloriam Deo,» et similiter ad sex versus sequentes. Sed ad hæc: «Exaltatum est nomen ejus,» dicunt: «Ipsum decet laudatio,» et ita ad sequentes versus; ad versum autem: «Laudent nomen ejus; Gloria tibi Pater,» itemque ad sequentem. Ad hunc: «Exaltationes Dei, Fili Dei, miserere nobis,» itemque ad alium versum. Sed ad istud: «Ad alligandos reges eorum in compedibus,» fit: «Parce nobis, Domine, propter Spiritum sanctum, «Dominus, ait Paulus, Spiritus est», ut celebretur Trinitas, et similiter fit ad cæteros. Ad hoc autem: «Laudate Dominum in sanctis ejus, Fili Dei, miserere nobis,» rursum propter incarnationem, et pariter ad versus sequentes. Verum ad hunc: «Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, Gloria tibi, qui lumen ostendisti,» itemque ad ultimum post eum. Deinde, «Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ,» quod dicunt ad omnes versus, quoniam in his verbis prophetia est et canticum incarnationis Verbi, necnon ejusdem procemium et gratiarum actio Præcursore et Baptista nuper parto pronuntiata, quod canticum ut gratias agens solemniter cantat Ecclesia. Porro ad «Gloria» dicunt: «Benedictus Dominus Jesus rex, quia visitans,» et reliqua clarius psalluntur, necnon ad verba: «Et nunc,» idem repetitur. Insuper dicunt: «Egregiam, Dei Matrem celebremus omnes, per quam consecuti sumus

καὶ οἰκοδομηθῆναι τὴν νέαν Ἱερουσαλήμ, ἤτοι τὴν Ἐκκλησίαν ἐλπίζει· ὅτε καὶ θυσίαν αἰνέσεως προσαχθῆναι προλέγει, τὴν ὁμολογίαν Χριστοῦ, καὶ τὸν σιτευτὸν μόσχον, αὐτὸν τὸν Κύριον. Πεντηκοστάριον οὖν ἁρμοδίως ἐν τούτῳ λέγεται κατὰ στίχον ἐν ἑκατέρῳ χορῷ, ἢ τὸ τῆς ἡμέρας ἢ τὸ τῆς ἑορτῆς ἢ τὸ τοῦ ἁγίου ἀπολυτίκιον. Καὶ εἰς μὲν τὰς δεσποτικὰς ἑορτὰς, «Δόξα καὶ νῦν,» τὸ τῆς ἑορτῆς· καθ' ἡμέραν δὲ τὸ τῆς ἡμέρας. Καὶ εἰς τὸ, «Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου,» τὸ, «Προστασία τῶν Χριστιανῶν·» εἰς δὲ τὸ, «Δόξα,» τὸ, «Ὁ μονογενής·» καὶ εἰς τὸ, «Καὶ νῦν «Τὴν ὑπερένδοξον·» καὶ εὐθὺς οἱ κανόνες τῆς ἑορτῆς, ἢ τοῦ ἁγίου, οὓς προσεθήκαμεν δι' εὐκοσμίαν ἡμεῖς καὶ εὐταξίαν τῆς Ἐκκλησίας, δόξαν τε Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ. Εἰς ὀκτὼ μὲν ψάλλονται εἰ δύο εἰσίν· εἰς ἕξ δὲ, εἰ μέγας ἅγιος· ἢ εἰς τέσσαρα, εἰ μὴ ἑορταζόμενός ἐστι· καὶ διὰ τὴν ὠφέλειαν δὲ, παράκλησίν τε καὶ προσμονὴν τῶν εὐσεβῶν, ὡς εἰθισμένων ἐν τοῖς κανόσι. Πρότερον μὲν γὰρ κανόνες ἐν τῷ ᾄσματικῷ οὐκ ἐψάλλοντο· ἀλλὰ μετὰ τὸν Πεντηκοστὸν, γινομένης συναπτῆς, εὐθὺς ἐλέγοντο οἱ «Αἰνεῖτε·» νῦν δὲ μετὰ τοὺς κανόνας τὰ ἐξαποστελλάρια λέγονται. Εἶτα μικρὰ συναπτή. Καὶ εὐθὺς τὸ, «Αἰνεῖτε.» Ὁ ψάλτης τοῦ πρώτου χοροῦ, «Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν· σοὶ πρέπει ὕμνος τῷ Θεῷ,» καὶ ὁ ἕτερος εἰς τὸν ἕτερον στίχον τὸ αὐτό· καὶ τοὺς λοιποὺς ἓξ ὁμοίως λέγουσι στίχους. Ἐντεῦθεν οὖν δῆλον, ὡς καὶ τὰ μοναστήρια ἐκ τοῦ ᾄσματικοῦ ἔχουσι τὰς ἀφορμὰς, ὁμοίως ἐν ταῖς ἀρχαῖς καὶ αὐτοὶ λέγοντες, «Σοὶ πρέπει ὕμνος τῷ Θεῷ.» Εἰς δὲ τὸ, «Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς, Δότε δόξαν τῷ Θεῷ,» καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς στίχους ἓξ. Εἰς δὲ τὸ, «Ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, αὐτῷ πρέπει αἴνεσις·» καὶ τοὺς ἑξῆς. Εἰς τὸ, «Αἰνεσάτωσαν δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Δόξα σοι, ἁγία Πάτερ,» καὶ εἰς τὸν ἕτερον, εἰ τὸ, «252 Αἱ ὑφώσεις δὲ τοῦ Θεοῦ, Υἱὲ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς,» καὶ εἰς τὸν ἕτερον στίχον. Καὶ εἰς τὸ, «Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, Φεῖσαι ἡμῶν, Κύριε, διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.» Ὁ δὲ Κύριος, Παῦλός φησι, τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἵνα ἀνυμνηθῇ ἡ Τριάς· καὶ ὁμοίως εἰς τοὺς λοιπούς. Εἰς τὸ, «Αἰνεῖτε δὲ τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, Υἱὲ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς·» διὰ τὴν σάρκωσιν πάλιν, καὶ τοὺς ἑφεξῆς ὁμοίως. Εἰς δὲ τὸ, «Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, Δόξα σοι τῷ δείξαντι τὸ φῶς·» καὶ εἰς τὸν λοιπὸν μετ' αὐτόν. Εἶτα, «Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.» Καὶ τοῦτο εἰς πάντας λέγουσι τοὺς στίχους· ὅτι προφητεία ἡ ᾠδὴ αὕτη τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως καὶ προοίμιον αὐτῆς καὶ εὐχαριστία, καὶ ἐγγὺς ἐν τῷ τόκῳ ῥηθεῖσα τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ, καὶ ὡς εὐχάριστον ταύτην, λαμπρῶς ᾄδει ἡ Ἐκκλησία. Εἰς δὲ τὸ, «Δόξα, Εὐλογητὸς Κύριος Ἰησοῦ, ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἐπεσκέψατο,» καὶ τὸ ἑξῆς γεγωνότερον. Καὶ νῦν τὸ αὐτό. Καὶ περισσὴν, «Τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα ἀνυμνήσωμεν πάντες,» δι' ἧς κομιζόμεθα πταισμάτων συγχώρησιν, καὶ

Digitized by Google

ἀντίληψιν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν. Ταῦτα δὲ τὴν οἰκονομίαν προκηρυχθεῖσαν Χριστοῦ μεγαλύνουσι, καὶ μάλιστα διὰ τοῦ τόκου τοῦ Βαπτιστοῦ, ὡς προείπομεν. Καὶ εὐθὺς ἐν τῷ ἄμβωνι παρὰ ἀναγνώστου τὸ, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, » λαμβάνοντος τὸν σταυρὸν ταῖς χερσὶ, καὶ ἐν τῷ ἄμβωνι ἱσταμένου, καὶ ἐπισυνάπτεται παρὰ τῶν ψαλτῶν ἡ μεγάλη δοξολογία. Τοῦτο δὲ γίνεται καθ' ἑκάστην. Τῇ δέ γε Κυριακῇ κατὰ τὸν ἦχον οἱ « Αἰνεῖτε » λέγονται μετὰ τῶν ὑποψάλμων. Καὶ εἰς τὸ τέλος ἀνάστασιμα στιχηρὰ ἢ τῆς ἑορτῆς, ἢ μεγάλου ἁγίου, εἰ ἔστι μνήμη αὐτοῦ, Δόξα τὸ ἑωθινόν. Ἐν ᾧ εἴσοδος τῶν ἱερέων μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θείου Εὐαγγελίου, τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν ταύτης τῆς εἰσόδου σημαινούσης περὶ τὸν ὄρθρον γεγενημένης. Διὸ τῶν ἱερέων τὴν εὐχὴν κλινομένων λεγόντων τῆς εἰσόδου ἐν τῷ ἑωθινῷ, ὃ δηλοῖ τὴν εἰς ἡμᾶς καὶ ἄχρι τοῦ ᾅδου ταπείνωσιν καὶ κατάβασιν τοῦ Κυρίου, καὶ ἐγειρομένων τὴν ἔγερσιν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, τὸ Εὐαγγέλιον ἀνυψοῦται, κηρύττον καὶ αὐτὸ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὸ, « Σοφία ὀρθοί, » λέγεται, εἰς κήρυγμα καὶ τοῦτο τῆς ἀναστάσεως, καὶ ψαλλομένου εἰς τὸ, « Καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, ὑπερευλογημένη ὑπάρχεις· » ἐπειδὴ διὰ τῆς Θεοτόκου ἡ σωτηρία ἡμῖν δέδοται, καὶ ἡ κατάρα τῆς Εὔας λέλυται. Εἰσελθόντων ἔνδον τῶν ἱερέων, πρῶτον μὲν ὑπ' ἀναγνώστου ἐν τῷ ἄμβωνι τὸν σταυρὸν κατέχοντος τὸ, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, » λέγεται, ἔπειτα δὲ ὑπὸ τῶν ψαλτῶν ᾀσματικῶς ᾄδεται. Εἶτα ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ βήματος παρὰ τῶν ἱερέων ὁμοῦ ἅπαν λέγεται, ἀπὸ τοῦ, « Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, » συμφώνου τῆς δοξολογίας ἔξωθέν τε καὶ ἔσωθεν γινομένης· ὅτι καὶ μία Ἐκκλησία διὰ τοῦ Χριστοῦ ἄνω τε καὶ κάτω γεγόναμεν· καὶ τοῦτο εἰς κήρυγμα καὶ δόξαν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως. Διὸ καὶ προπάριον ἀναστάσιμον τὸ, « Σήμερον σωτηρία, » ἐν μιᾷ Κυριακῇ· καὶ τὸ, « Ἀναστὰς ἐκ τοῦ μνήματος ἐν ἑτέρᾳ, » τρὶς ἡδυμελῶς, ἐκτός τε παρὰ τῶν ψαλτῶν, καὶ ἐντὸς παρὰ τῶν ἱερέων ψάλλεται, τῆς τοιαύτης τάξεως σαφῶς παριστώσης τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος. Διὸ καὶ εὐθὺς τὸ, « Ἀνάστηθι, Κύριε, » ψάλλεται· καὶ τὸ ἑωθινὸν ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκεται Εὐαγγέλιον παρὰ πρεσβυτέρου, τὴν τελειοτέραν τάξιν τῶν ἀγγέλων ἐμφαίνοντος. Καὶ μετὰ τοῦτο ἡ ἐκτενὴς δέησις, αἱ μεγάλαι αἰτήσεις, ἡ κεφαλοκλισία, καὶ ἡ ἀπόλυσις. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τὰ τοῦ ὄρθρου τετέλεσται. Τὰ δὲ τῆς τελείας λειτουργίας προεγράφησαν ἐν ἑτέροις.

A offensarum remissionem et adjutorium animabus nostris. Ista vero prædicatam Christi œconomiam magnificant et præsertim per partum Baptistæ, prout prædiximus. Et statim in suggesto inchoatur: «Gloria in excelsis Deo,» a lectore qui in manibus crucem accipit stans in suggesto, et a cantoribus continuatur magna doxologia. Hoc autem fit diebus singulis. Dominica vero cantantur psalmi: «Laudate» cum intercalari versiculo, et in fine de resurrectione versiculi, vel festi vel magni cujusdam sancti, si fiat ejus commemoratio, Gloria et matutinum Evangelium. In isto fit ingressus sacerdotum cum cruce divinoque Evangelio; qui ingressus circa diluculum factus Salvatoris resurrectionem significat. Ideo sacerdotibus capite inclinato dicentibus orationem ingressus in matutino factus officio, quod ostendit ad nos et usque ad infernum humiliationem et descensum Domini mortuorumque resurrectionem, sicut sæpe supra diximus, elevatur Evangelium quod ipsum resurrectionem prædicat, et dicitur: «Sapientia erecti,» pariter in prædicationem resurrectionis, et psallitur ad verba: «Et nunc et semper, super omnes benedicta es,» quoniam per Deiparam salus nobis data est, solutaque Evæ maledictio. Ingressis intus sacerdotibus, primum quidem a lectore crucem tenente in suggesto dicitur: «Gloria in excelsis Deo,» et deinde a cantoribus modulate psallitur. Postea intra sacrum sanctuarium a sacerdotibus simul totum dicitur ab his: «Et in hominibus bona voluntas,» ita ut tam extra quam intra concorditer fiat doxologia, quoniam per Christum una Ecclesia supra et infra facti sumus; quod etiam fit ad prædicandam et glorificandam Christi resurrectionem. Ideo et versiculus resurrectionis: «Hodie salus,» in una Dominica, iste vero resurgens ex monumento, in altera ter foris a cantoribus intusque a sacerdotibus suaviter psallitur. Hic ordo mirabiliter resurrectionem Salvatoris exhibet. Quapropter illico psallitur: «Exsurge, Domine,» et matutinum Evangelium in ambone legitur a sacerdote qui perfectiorem angelorum ordinem exprimit, et post hoc continens deprecatio, magnæ preces, capitis inclinatio, et absolutio. Ita quidem matutinum perficitur officium; ritus vero sanctissimæ liturgiæ aliis in locis explicati sunt.

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΒ'.

Περὶ τῆς τριτοέκτης ἐν ταῖς νηστείαις, καὶ τῆς προηγιασμένης λειτουργίας.

Νῦν δὲ περὶ τῆς ἐν ταῖς νηστείαις τριτοέκτης ἐροῦμεν ἥτις ἀναγκαιοτάτως ἡνωμένη ἐστὶ τῇ λειτουργίᾳ κατὰ τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν γινομένη ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις παρὰ τῶν κοσμικῶν ἱερέων· ἢ καὶ τὸν τύπον ἀποσώζει τῆς καθολικῆς μεγάλης **252** ἱερᾶς λειτουργίας ἄχρι καὶ τῆς μεγάλης εἰσόδου. Τοῦτο δὲ ἐπενοήθη τοῖς ἀρχαίοις Πατράσι διὰ τὸ μὴ τελείαν λειτουργίαν ἐν τῇ ἁγίᾳ γίνεσθαι

CAPUT CCCLII.

De cantico inter tertiam et sextam horam in jejuniis, et de missa Præsanctificatorum.

Nunc de cantione quæ fit in jejuniis tertiam inter et sextam horam disserimus, quæ prorsus necessario Missæ adnata per sanctam Quadragesimam in universis Ecclesiis fit a sæcularibus sacerdotibus, in qua catholicæ magnæ et sanctæ missæ servatur ordo usque ad magnum ingressum. Hoc autem a priscis patribus inventum est, quoniam Missa non perficitur in sancta Quadragesima.

Digitized by Google

Illud autem canticum hoc modo adimpletur. Tempore opportuno diaconus dicit : «Benedic, Domine.» sacerdos vero : «Benedictum regnum ;» diaconus pacifica addit, sacerdos autem primæ antiphonæ orationem : «Deus, qui sedes super Cherubim,» et exclamat : «Quoniam tu es Deus noster, Deus misericordiæ.» Et cantores psalmum integrum dicunt : «Ad te, Domine, levavi animam meam,» per versus singulos cantantes : «Intercessione Dei Genitricis :» itemque «Gloria et nunc.» Diaconus iterum : «Et nunc quoque,» et sacerdos secreto dicit orationem secundæ antiphonæ : « Deprecamur te, Domine Deus noster,» et exclamat : «Quoniam glorificatum est sanctissimum nomen tuum.» Et cantores secundam antiphonam psallunt, psalmum integrum : «Dominus illuminatio mea et salus mea, » duobus choris per singulos versus dicentibus : «Salva nos, Fili Dei, tibi psallentes Alleluia ; » et idem « Gloria et nunc.» Rursusque diaconus : «Et nunc quoque.» Sacerdos vero tertiam secreto orationem dicit : « Domine Deus omnipotens ,» et exclamat, « Quoniam bonus. » Et tertia psallitur antiphona, utroque choro singulis versibus addente duplex alleluia. Porro ad versum, «Qui ambulat in via immaculata,» usque ad finem psalmi, velut in uno versu a sanctuario in σωλέα(1) ingrediuntur diaconus et sacerdos, absque luminibus nec incenso, Dominum in crucem circa horam sextam sublatum ostendentes. Ideo istud inter tertiam sextamque horam, diacono quidem dicente Benedic, Domine, sanctum introitum, sacerdote autem dicente orationem, «Benedictus ingressus sanctorum tuorum, Domine, in perpetuum et nunc et semper.» Iste vero ingressus, ut dictum est, in cruce suspendium ostendit Salvatoris circa horam sextam sublati et crucifixi, quando et latronem simul crucifixum propter pauca pœnitentiæ verba in cœlum introduxit. Quamobrem purpura induti sunt diaconus et sacerdos hinc Domini passionem et mortem significantes. Verum facto ingressu, diaconus rerum pacifica dicit, orationem autem sacerdos, «Domine Deus patrum nostrorum,» quæ est horæ sextæ oratio, et precatur ut custodiamur a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et dæmonio meridiano, aliaque multa a Deo efflagitat. Et exclamat, «Quoniam te decet,» statimque cantores prophetiæ versiculum modulantur, et lector in ambone legit prophetiam ; qua dicta, diaconus ait, «Dicamus omnes.» Sacerdos vero orationem continentis deprecationis secreto recitat, et exclamat, «Quoniam misericors.» Cæteraque fiunt secundum ordinem Missæ post Evangelium. Nam in figuram Apostoli simul et Evangelii legitur lectio libri Isaiæ, acta Salvatoris evidentius aliis prædicantis et præsertim passionis ejus circumstantias. Hanc fuisse antiquam a Patribus consuetudinem patet ex eo quod in ipsis mo-

A Τεσσαρακοστῇ. Τελεῖται δὲ ἡ τριτοέκτη οὕτω. Λαβὼν καιρὸν ὁ διάκονος λέγει, « Εὐλόγησον, δέσποτα. » Ὁ ἱερεύς, « Εὐλογημένη ἡ βασιλεία. » Ὁ διάκονος τὰ εἰρηνικά. Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τοῦ πρώτου ἀντιφώνου, « Ὁ Θεὸς ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθεζόμενος. » Καὶ ἐκφωνεῖ, « Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, Θεὸς τοῦ ἐλεεῖν. » Καὶ οἱ ψάλται τὸν Ψαλμὸν ἅπαντα λέγου-
σχον ᾄδοντες, « Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου. Δόξα καὶ νῦν τὸ αὐτό. » Ὁ διάκονος πάλιν, « Ἔτι γε
ἔτι. » Ὁ ἱερεὺς μυστικῶς τὴν εὐχὴν τοῦ δευτέρου ἀντιφώνου, « Δεόμεθά σου, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν · » καὶ ἐκφωνεῖ, « Ὅτι δεδόξασταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα. » Καὶ οἱ ψάλται τὸ δεύτερον ἀντίφωνον, τὸν
B Ψαλμὸν ἅπαντα, « Κύριος φωτισμός μου καὶ Σωτήρ μου, » καὶ στίχον λέγοντες οἱ δύο χοροί, « Σῶσον ἡμᾶς, Υἱὲ Θεοῦ, ψάλλοντάς σοι Ἀλληλούϊα. Δόξα καὶ νῦν τὸ αὐτό. » Καὶ αὖθις ὁ διάκονος, « Ἔτι καὶ ἔτι. » Ὁ ἱερεὺς μυστικῶς τὴν τρίτην εὐχήν, « Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, » καὶ ἐκφωνεῖ, « Ὅτι ἀγαθός. » Καὶ ψάλλεται τὸ τρίτον ἀντίφωνον κατὰ στίχον λεγόντων Ἀλληλούϊα διπλοῦν. Εἰς δὲ τὸν στίχον, « Πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ. » ἄχρι τέλους τοῦ Ψαλμοῦ ὡς ἐν ἑνὶ στίχῳ γίνεται εἴσοδος εἰς τὸν σωλέα ἐκ τοῦ βήματος διακόνου καὶ ἱερέως δίχα φώτων καὶ θυμιατοῦ τὴν πρὸς τὸν σταυρὸν ἀπαγωγὴν δηλούντων τοῦ Κυρίου, κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν γεγενημένην. Διὸ καὶ αὕτη ἐν τῇ τριτοέκτῃ τελεῖται, τοῦ διακόνου μὲν λέγοντος, C « Εὐλόγησον, δέσποτα, τὴν ἁγίαν εἴσοδον, » τοῦ ἱερέως δὲ τὴν εὐχὴν τοῦ, « Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου, Κύριε, πάντοτε νῦν καὶ ἀεί. » Αὕτη ἡ εἴσοδος, ὡς εἴρηται, τὸν εἰς τὸν σταυρὸν ἑλκυσμὸν δηλοῖ τοῦ Σωτῆρος, κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν γεγενημένου ἁπαχθέντος καὶ σταυρωθέντος · ὅτε καὶ τὸν συσταυρωθέντα λῃστὴν εἰσῆξεν ἐν ὀλίγοις ῥήμασι μετανοίας εἰς τὸν παράδεισον. Διὸ καὶ πορφυρᾷ περιβεβλημένοι εἰσὶν ὅ τε διάκονος καὶ ὁ ἱερεύς, τὸ πάθος ἐκ τούτου καὶ τὸν θάνατον σημαίνοντες τοῦ Κυρίου. Μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον ὁ μὲν διάκονος πάλιν τὰ εἰρηνικά, ὁ δὲ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν λέγει, « Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, » ἡ τῆς ἕκτης ὥρας ἐστὶ, καὶ εὔχεται διαφυλαχθῆναι ἡμᾶς « ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, » καὶ ἕτερα ἐξαιτεῖται πλεῖστα παρὰ Θεοῦ. Καὶ ἐκφωνεῖ, « Ὅτι πρέπει σοι. » Καὶ εὐθὺς οἱ ψάλται τὸ τροπάριον μέλπουσι τῆς προφητείας. Καὶ ὁ ἀναγνώστης ἐπ' ἀμβωνος ἀναγινώσκει τὴν προφητείαν. Καὶ μετ' αὐτὴν ὁ διάκονος τὸ, « Εἴπωμεν πάντες, » φησίν. Ὁ δὲ ἱερεὺς καθ' ἑαυτὸν τὴν εὐχὴν τῆς ἐκτενοῦς ἱκεσίας. Καὶ ἐκφωνεῖ, « Ὅτι ἐλεήμων. » Καὶ τὰ λοιπὰ γίνεται κατὰ τὸν τύπον τῆς ἱερᾶς λειτουργίας μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰς τύπον γὰρ τοῦ Ἀποστόλου ἅμα καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τὸ τοῦ Ἡσαΐου ἀνάγνωσμα λέγεται, τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος

(1) Meursio *solium* sive *thronus* : Gretsero in Codinum, *locus ad orientem solem, contiguum bematí sive tabernaculo*. Vide Suicerum in *Thesauro*, p. 1209.

Digitized by Google

ἐμφανέστερον τῶν ἄλλων κηρύττοντος, καὶ τὰ περὶ τοῦ πάθους μᾶλλον αὐτοῦ. Ὅτι δὲ τοῦτο ἔθος ἀρχαῖον ἐκ τῶν Πατέρων, δῆλον ὡς καὶ τοῖς μοναστηρίοις, κατὰ τὴν ἕκτην ἡ προφητεία τοῦ Ἡσαΐου ἀναγινώσκεται ἐν ὅλῃ τῇ Τεσσαρακοστῇ. Ἡ τοῦ Ἰεζεκιὴλ δὲ ἐν τῇ μεγίστῃ ἑβδομάδι, ὡς καὶ αὐτοῦ τὰ πάθη τοῦ Σωτῆρος καὶ τὴν ἔγερσιν προαγορεύοντος. Καὶ ὁ μὲν διάκονος, « Εὔξασθε, οἱ κατηχούμενοι, » φησίν· ὁ δὲ ἱερεὺς εὐχὴν ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων ποιεῖται. Καὶ ἀπὸ τῆς μεσονηστίμου τετράδος ὁ μὲν διάκονος τὰς αἰτήσεις ὑπὲρ τῶν πρὸς τὸ ἅγιον φώτισμα εὐτρεπιζομένων· ὁ δὲ ἱερεὺς εὐχὴν ὑπὲρ αὐτῶν, « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐπίφανον τοὺς οἰκτιρμούς σου, » καὶ ἐκφώνησιν, « Ὅτι σὺ εἶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν. » Ὁ διάκονος πάλιν τὰ συνήθη, « Ὅσοι κατηχούμενοι. » Ὁ ἱερεὺς εὐχὴν πιστῶν πρώτην, « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τῆς πολυθέου πλάνης. » Ὁ διάκονος, « Σοφία **254** ὀρθοί. » Ὁ ἱερεύς, « Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν. » Ὁ διάκονος τὰ εἰρηνικά. Ὁ ἱερεὺς εὐχὴν πιστῶν δευτέραν, « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. » Ὁ διάκονος, « Σοφία. » Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ, « Ὅτι εὐλόγηται καὶ δεδόξασται. » Ὁ διάκονος, « Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ, » καὶ τὰ λοιπά. Ὁ ἱερεὺς τὴν μεγάλην εὐχήν· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ μόνος ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος· » ἐν ᾗ καὶ τῆς σταυρώσεως μέμνηται τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς ἐγέρσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀναλήψεως· καὶ ἐξαιτεῖται ἐλθεῖν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐνδυναμῶσαι ἡμᾶς καὶ φωτίσαι, καὶ ἕτερα πλεῖστα· καὶ παρὰ Θεοῦ εὔχεται τὰ ἀναγκαῖά τε καὶ συμφέροντα· καὶ τέλος, ἵνα ἡ χάρις καὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἴη μεθ' ἡμῶν πάντοτε, καὶ ἐκφωνεῖ, « Ὅτι σὸν τὸ κράτος. » Εἶτα τὸ, « Εἰρήνη πᾶσι, » λέγει. Καὶ ὁ διάκονος αὖθις, « Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. » Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐχὴν κεφαλοκλισίας· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου δόξης. » Καὶ ἐκφωνεῖ, « Εἴη τὸ πανάγιον ὄνομα τῆς φιλανθρωπίας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον. » Ὁ διάκονος, « Ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν. » Καὶ ἐξελθόντος τοῦ ἱερέως, ἅμα πορεύονται ὀπισθεν τοῦ ἄμβωνος, ἵνα μέσον ἁπάντων δοξολογήσωσι τὸν Θεὸν, καὶ τοῦ ἑσπερινοῦ ἄρξωνται. Τοῦ διακόνου οὖν εἰπόντος, « Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, » ὁ ἱερεὺς βλέπων κατὰ ἀνατολὰς, ἐκφωνεῖ, « Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. » Τοῦτο οὖν εἰς μὲν τὰς λιτανείας, ἀρχὴ τῶν λιτανειῶν ἐστι, λέγοντος τουτο τοῦ ἀρχιερέως τοῦ ἄμβωνος ὀπισθεν· ἐνταῦθα δὲ ἀρχὴ τοῦ λυχνικοῦ. Καὶ εὐθὺς ἐν τῇ πλαγίᾳ ψάλλεται τοῦ ναοῦ ὡς παράκλησις ὁ ἑσπερινὸς παρὰ τῶν ψαλτῶν. Ἔνθα καὶ τὸ ψαλτήριον λέγεται, καὶ τὰ στιχηρὰ τοῦ τριῳδίου καὶ τοῦ μηναίου, κατὰ τὸν τύπον τῶν μοναστηρίων, καὶ τὸ, « Φῶς ἱλαρὸν, » καὶ τὸ, « Καταξίωσον, » ὡς κατανύξεως ἀκολουθία καὶ οἷον μοναχικὴ, καὶ ἀποστίχου τὸ Ἰδιόμελον, καὶ, « Νῦν ἀπολύεις, » καὶ τὸ Τρισάγιον, καὶ τὸ, « Θεοτόκε Παρθένε· » *Κύριε* δὲ *ἐλέησον* οὐ λέγεται· οὐδὲ μετάνοιαι γίνονται· οὐδ' ἀπόλυσις· οὐδὲ φῶτα ἀνάπτονται, ἄχρι καὶ τῆς παροιμίας ἐν τῇ προηγιασμένῃ λειτουργίᾳ. Μετὰ γὰρ τὸ, « Θεοτόκε Παρθένε, » καὶ τὰ λοιπὰ συνήθη ἔρχονται πάντες εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν.

nasteriis hora sexta legitur lectio libri Isaiæ in tota quadragesima, at in magna hebdomade legitur lectio libri Ezechiel, qui ipse quoque passionem Salvatoris et resurrectionem prædixit. Et diaconus quidem, « Orate, ait, catechumeni, » sacerdos vero orationem facit pro catechumenis. Verum a quatriduo mediæ quadragesimæ, diaconus quidem preces facit pro præparatis ad sanctam illuminationem, sacerdos autem orationem pro ipsis : « Domine Deus, ostende misericordias tuas, » et exclamat, « Quoniam tu es illuminatio nostra. » Diaconus iterum consueta dicit : « Quicunque catechumeni. » et sacerdos primam fidelium orationem : « Domine Deus noster qui paganorum erroris. » Diaconus, « Sapientia erecti ; » sacerdos, « Quoniam tu es Deus noster ; diaconus pacifica dicit, sacerdos secundam fidelium orationem, « Domine Deus noster, qui in brevi tempore ; » diaconus, « Sapientia, » inquit ; sacerdos clamat, « Quoniam benedicitur et glorificatur. » Diaconus, « Adimpleamus orationem Domino, » et reliqua. Sacerdos magnam facit orationem, « Domine Deus noster, solus bonus et hominum amator, » in qua de crucifixione Salvatoris recordatur ejusque resurrectione et ascensione, precaturque ut veniat gratia Dei super nos nosque confirmet et illuminet, aliaque multa deposcit, necnon a Deo flagitat necessaria et utilia, ac denique ut gratia et misericordia Dei sit semper nobiscum, et clamat, « Tua est fortitudo. » Deinde, « Pax omnibus, » inquit, et diaconus iterum : « Capita nostra ; » et sacerdos capitis inclinationis orationem facit : « Domine Deus noster qui sedes super thronum gloriæ, » et exclamat, « Sit sanctissimum benignitatis tuæ nomen benedictum et glorificatum. » Diaconus : « Procedamus in pace. » Et egresso sacerdote simul procedunt post ambonem ut in medio omnium glorificent Deum, ac vespertinum incipiant officium. Itaque diacono dicente : « Dominum deprecemur, » sacerdos ad orientem spectans exclamat : « Benedicta gloria Domini in loco sancto ejus ubique nunc et semper et in sæcula sæculorum. » Quod ergo ad litanias attinet, litaniarum hoc est initium, pontifice illud post ambonem dicente ; hic vero initium est lampadum hymni. Et statim in latere templi a cantoribus psallitur vespertinum officium more invitatorii. Tum dicitur psalterium versiculi tertii hymni et mensis secundum ordinem monasteriorum, « Lux jucunda, dignare, » quasi ordo pœnitentiæ et monastica institutio. Deinde proprium responsorii melos, « Nunc dimittis, » Trisagion, « Dei Genitrix Virgo ; » sed *Kyrie eleison* non dicitur, neque fiunt pœnitentiæ nec absolutio, nec accenduntur lampades usque ad Proverbiorum lectionem in missa Præsanctificatorum ; nam post voces : « Dei Genitrix Virgo, » consueta dicuntur, et omnes in suos locos recedunt.

Digitized by Google

CAPUT CCCLIII.

Quare litaniæ extra ecclesiam fiant, et quare cruces in illis circumferamus sacrasque imagines.

Scire vero oportet litanias omnes foris in narthece vel circa monasteria aut civitates factas in memoriam fieri lapsus nostri, cujus causa ex eadem extranei facti sumus, ut humiliemur et cogitemus nos esse indignos sanctis locis, et a paradiso ac cœlo excidisse. Et publicanum imitari debemus longe stantem præ magno religionis sensu, Adamque putare distantem prodigumque filium in terram alienam procul peregrinatum. Circa bivia et trivia viasque preces facimus, ut hæc loca peccatis nostris fœdata emundentur. Sacras autem imagines a templo efferentes circumferimus, necnon venerandas cruces ac sacerrimas sanctorum reliquias sæpenumero, ut cum hominibus res quoque eorum usibus inservientes sanctificent, nempe domus, vias, aquas, aerem, terram pollutam, utpote nobis subjectam, civitatem quam inhabitamus et regionem, divinamque participent gratiam, et quidquid in eis contagiosum est aut pestiferum exuant, nobis vero propitius fiat qui pro nobis incarnatus est, formam servi accipiens, quam exprimunt ac referunt divinæ imagines necnon sanctorum ejus simulacra pure in terris conversatorum, et quoniam qui ambulavit in terra propter nos in carne Deus et pro nobis crucifixus, salvat nos confitentes summæ bonitatis ejus et charitatis opus, scilicet illum effudisse in cruce sanguinem et mortuum esse pro nobis, ac propterea habentes ac ostendentes ipsa passionis illius signa, venerandam crucis figuram per quam eum qui nos interfecit in ligno destruxit inimicum atque a morte nos eruit. Porro diacono tempore opportuno dicente : «Benedic, domine,» sacerdos, «Benedictum, inquit, regnum Patris.» Et diaconus dicit pacifica, et cantio vespertina psallitur, nempe post exclamationem : «Inclina, Domine,» usque ad finem. In qua cantione lampadum preces dicit sacerdos. Deinde circa finem diei : « Domine, clamavi, » versus de more dicuntur, et fit ingressus diaconi et sacerdotis vel sacerdotis tantum sine luminibus intrantis, priorem Christi adventum in silentio factum significantis dum in tenebris sederemus. Ad illud : «Quoniam ad te, Domine,» invitat eum cantor, et in sacrum sanctuarium ingreditur ; versusque complentur cum versiculo interposito ad verba, «Voce mea ad Dominum clamavi.» Deinde «Gloria et nunc,» et intercalaris versiculus. Statimque omnibus sedentibus, legitur liber Genesis in ambone ; qua lectione facta, paratis in sanctuario duobus ; vel si adsit pontifex, pluribus candelabris ac thuribulo, si diaconus quidem cum sacerdote ministrat, solus ipse intrat diaconus ferens incensum ac lampadem ardentem. Lectores autem cum candelabris præceduut. Si vero non adsit diaconus, sacerdos intrat solus, portans lampadem et thuribulum, atque præeuntibus lectoribus, per

ΚΕΦΑΛ ΤΝΓ'.

Διατί αἱ λιτανεῖαι ἔξωθεν γίνονται, καὶ σταυροὺς ἐν αὐταῖς περιφέρομεν, καὶ ἁγίας εἰκόνας.

Ἱστέον δὲ ὡς αἱ λιτανεῖαι πᾶσαι ἔξωθεν ἢ εἰς τὸν νάρθηκα, ἢ περιύκλῳ τῶν μονῶν ἢ τῶν πόλεων γινόμεναι, διὰ τὴν ἀνάμνησιν τῆς ἐκπτώσεως ἡμῶν γίνονται, ὅπως ἔξωθεν γεγόναμεν τῆς Ἐδὲμ εἰς τὸ ταπεινοῦσθαι καὶ φρονεῖν, ὅτι ἀνάξιοι τῶν ἁγίων τόπων ἐσμὲν, καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἐκπτωτοι· καὶ τὸν τελώνην μιμεῖσθαι ὀφείλομεν, μακρόθεν ἑστῶτα διὰ πολλὴν τὴν εὐλάβειαν· καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐννοεῖν ἀπῳκισθέντα, καὶ τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς ἀλλοδαπὴν μακρυνθέντα. Περὶ τὰς ἀμφόδους δὲ καὶ τριόδους, καὶ τὰς ὁδοὺς τὰς δεήσεις ποιούμεθα, ὡς ἂν μολυνθέντα ταῦτα ταῖς ἡμῶν ἁμαρτίαις καθαρισθῇ. Καὶ τὰς ἱερὰς δὲ εἰκόνας ἐξάγοντες τῶν ναῶν περιφέρομεν, καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς καὶ ἁγίων ἱερώτατα λείψανα πολλάκις, ὡς ἂν μετὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ εἰς χρῆσιν αὐτῶν ἁγιασθῶσιν, οἰκίαι τε καὶ ὁδοὶ καὶ ὕδατα καὶ ἀὴρ καὶ γῆ βυπουμένη, ὡς ὑφ' ἡμῶν πατουμένη, καὶ πόλις κατοικουμένη καὶ χώρα, καὶ θείας μετάσχωσι χάριτος, καὶ τὸ λοιμαντικὸν καὶ φθοροποιὸν ἀποβάλωνται, γένηται δὲ πλέως ἡμῖν ὁ σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, ἣν εἰκονίζουσί τε καὶ φέρουσιν αἱ θεῖαι εἰκόνες, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ τὰ μορφώματα, τῶν καθαρῶς ἐμπολιτευσαμένων τῇ γῇ· καὶ ὅτι ὁ ἐμπεριπατήσας τῇ γῇ δι' ἡμᾶς ἐν σαρκὶ Θεὸς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθεὶς, σώσει ἡμᾶς ὁμολογοῦντας αὐτοῦ τὸ τῆς ἄκρας ἀγαθότητος ἔργον καὶ τῆς **255** ἀγάπης, τὸ ἐγχέαι διὰ σταυροῦ τὸ αἷμα, καὶ ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ διὰ τοῦτο κατέχοντας καὶ δεικνύντας αὐτὰ τὰ τοῦ πάθους αὐτοῦ σημεῖα, τοὺς τιμίους τοῦ σταυροῦ τύπους, δι' οὗ τὸν θανατώσαντα ἡμᾶς ἐν ξύλῳ καθεῖλεν ἐχθρὸν, καὶ τοῦ θανάτου ἐρρύσατο. Τοῦ δὲ διακόνου λαβόντος καιρὸν, καὶ εἰπόντος, « Εὐλόγησον, δέσποτα, » ὁ ἱερεὺς, « Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς, » φησί· καὶ ὁ διάκονος τὰ εἰρηνικά. Καὶ ὁ ψαλτικὸς ἑσπερινὸς ψάλλεται· οἷον μετὰ τὴν ἐκφώνησιν τὸ, « Κλῖνον, Κύριε, » ἄχρι τέλους. Ἐν ᾧ τὰς λυχνικὰς εὐχὰς λέγει ὁ ἱερεύς. Εἶτα τὸ τελευταῖον τῆς ἡμέρας τὸ, « Κύριε, ἐκέκραξα· » οἱ στίχοι ὡς ἔθος, καὶ ἡ εἴσοδος τοῦ διακόνου καὶ ἱερέως· ἢ καὶ ἱερέως μόνον εἰσοδεύοντος χωρὶς φώτων, τὴν ἐν σιγῇ σημαίνοντος ἐπιδημίαν αὐτοῦ πρώτην, καθημένων ἡμῶν ἐν σκότει. Καὶ εἰς τὸ, « Ὅτι πρός σε, Κύριε, » καλεῖ αὐτὸν ὁ ψάλτης, καὶ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχεται. Καὶ οἱ στίχοι πληροῦνται μετὰ τοῦ ὑποψάλματος, εἰς τὸ, « Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα. » Εἶτα, « Δόξα καὶ νῦν, » καὶ περισσὴ τὸ ὑπόψαλμον. Καὶ εὐθὺς καθημένων πάντων, ἀναγινώσκεται ἡ Γένεσις ἐν τῷ ἄμβωνι· αὐτῆς δὲ ἀναγινωσκομένης, ἐν τῷ βήματι εὐτρεπισθέντων μανουαλίων δύο, εἰ δὲ ἀρχιερεὺς εἴη, καὶ πλειόνων, καὶ τοῦ θυμιατηρίου, εἰ μὲν λειτουργεῖ καὶ διάκονος σὺν τῷ ἱερεῖ, αὐτὸς ἐξέρχεται μόνος ὁ διάκονος, κρατῶν τὸν θυμιατὸν καὶ λαμπάδα ἡμμένην,

Digitized by Google

Οἱ δὲ ἀναγνῶσται προπορεύονται μετὰ μανουαλίων. Εἰ δ' οὐκ ἔστι διάκονος, ἐξέρχεται μόνος ὁ ἱερεὺς, κρατῶν τὴν λαμπάδα καὶ τὸ θυμιατήριον καὶ προπορευομένων τῶν ἀναγνωστῶν, διέρχεται τὴν πλαγίαν, καὶ εἰς τὸ τέλος τοῦ ναοῦ ἔρχεται.

A lateralem januam pergit et ad finem templi procedit.

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΔ'.

Διατί ἐν τῷ ἑσπερινῷ καὶ τῇ Παροιμίᾳ τὰ φῶτα· καὶ τί τὸ, «Φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι.»

Καὶ πληρωθείσης τῆς Γενέσεως, φαίνεται εὐθὺς μετὰ τῶν φώτων, τὰς βασιλικὰς πύλας εἰσιὼν, ἀνεσταμένων ἁπάντων. Ὃς καὶ εἰς τὸ μέσον στὰς τοῦ ναοῦ, ποιεῖται σταυροῦ τύπον τῷ θυμιατηρίῳ ἐκφώνως λέγων, « Σοφία ὀρθοί, φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι. » Καὶ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα ἀνέρχεται. Τότε τοίνυν ὁ μὲν ἐν τῷ ἀμβωνι ἀναγνώστης ἀναγινώσκει τὴν Παροιμίαν· τὰ δὲ ἐντῷ ναῷ συνήθη φῶτα ἀνάπτεται. Τοῦτο δὲ δηλοῖ, ὡς πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἡμῖν τοῖς ἐν σκότει καθημένοις διὰ σαρκὸς ἔλαμψεν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τοῦ φωτὸς τῆς χάριτος αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσε. Διὸ καὶ ἐπὶ τέλει παντὸς ἑσπερινοῦ τοῦτο λέγεται, « Ὅτι σὺ εἶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν. » Γίνεται δὲ τοῦτο μετὰ τὴν Γένεσιν ἀρχομένης τῆς Παροιμίας. Ὅτι ἡ μὲν Γένεσις τὰ ἀπαρχῆς διηγεῖται, τὴν δημιουργίαν τῶν ὄντων, καὶ τὴν ἔκπτωσιν τοῦ Ἀδάμ· ἡ Παροιμία δὲ αἰνιγματωδῶς τὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐκδιδάσκει, καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ υἱοθετηθεῖσι παραινεῖ ὥσπερ υἱοῖς, καὶ Σοφίαν αὐτὸν τὸν Υἱὸν ὀνομάζει, καὶ οἶκον οἰκοδομῆσαι ἑαυτῇ λέγει, τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα, ἐν ᾧ καὶ ἐπτὰ στύλους τὰ τοῦ Πνεύματος πάντα χαρίσματα, ὡς καὶ τῷ οἰκείῳ ἄρτῳ τοῦ σώματος καὶ τῷ κρατῆρι τοῦ αἵματος, τρέφει τε καὶ ποτίζει πάντας· καὶ φῶς ἐστι τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω φωτίζων. Ὁ Θεὸς γὰρ τῇ Σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς, φησὶν, ἐν φρονήσει· ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ, « Πάντα ἐν Σοφίᾳ ἐποίησας, » ἀνυμνεῖ. Ὅτι δὲ τύπον τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ σημαίνει τοῦτο τὸ φῶς, δῆλον· ὡς διακόνου συλλειτουργοῦντος ἱερεῖ, προσέρχεται αὐτῷ οὗτος ἢ τῷ ἀρχιερεῖ λειτουργοῦντι. Καὶ λαμπάδα ἀνάπτων, πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν φησίν· « Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ φῶς. » Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἢ ὁ ἱερεὺς, εὐλογῶν τὸ φῶς, φησίν· « Ὅτι σὺ εἶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, πάντοτε. » Καὶ οὕτω πρὸ τῆς Παροιμίας ἐξέρχεται ὁ διάκονος. Μετὰ τὴν **256** Παρόιμίαν δὲ εὐθὺς ψάλλεται τὸ, « Κατευθυνθήτω. » Καὶ ἡ λοιπὴ γίνεται συνήθως ἀκολουθία τῶν προηγιασμένων.

B

C

D

CAPUT CCCLIV.

Quare in vespertino officio et dum caput ex Proverbiis legitur, lumina accendantur, et de illo : «Lux Christi omnibus apparet.»

Impleta autem libri Genesis lectione, illico apparet cum luminibus, per regales januas intrans, stantibus universis, qui stans in medio templo signum crucis facit cum thuribulo, alta voce dicens : «Sapientia erecti, lux Christi omnibus apparet,» et ad sacrum sanctuarium ascendit. Tum igitur lector quidem in ambone caput legit ex Proverbiis ; consueta autem in templo accenduntur lumina. Hoc vero ostendit in fine sæculorum lumen verum nobis in tenebris sedentibus per carnem illuxisse Jesum Christum, terramque luce gratiæ suæ implevisse. Ideo legitur istud in fine vespertini totius officii : «Quoniam tu es illuminatio nostra, Christe Deus noster.» Illud autem fit post lectionem libri Genesis, incepto Proverbiorum capite, quoniam Genesis quidem quæ facta sunt ab initio enarrat rerum creationem et Adam lapsum ; Proverbia vero in ænigmate docent quæ ad Filium Dei pertinent, atque per eum adoptatos tanquam filios hortantur, ipsumque Filium sapientiam appellant, quam dicunt ædificavisse sibi domum, nempe sanctissimum corpus suum, in quo septem excidit columnas, omnia scilicet Spiritus charismata, necnon proprio corporis pane et sanguinis calice omnes nutrire omnibusque propinare, et lumen esse quod cœlestia et terrestria illuminat. Deus enim sapientia fundavit terram, inquit, cœlos vero stabilivit prudentia, quemadmodum et David cecinit : «Omnia in sapientia fecisti.» Porro, quoniam typum veri luminis Jesu Christi significat lux ista, liquet ex eo quod, diacono cum sacerdote simul ministrante, hic ad eum vel ad pontificem ministrantem accedit, et accendens lampadem, priusquam exeat, dicit : «Benedic, domine, lucem.» Et pontifex vel sacerdos lucem benedicens ait : « Quoniam tu es illuminatio nostra, Christe Deus noster in omni tempore.» Et sic ante lectionem Proverbiorum egreditur diaconus ; qua lectione facta, protinus cantant : «Dirigatur.» Et reliquus de more fit ordo Præsanctificatorum.

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΕ'.

Ὅτι δεῖ ὑποπίπτειν πλέον ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν προηγιασμένων εἰσόδῳ.

Ὅτε καὶ ἐν τῇ τῶν ἁγίων εἰσόδῳ δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον ὑποπίπτειν, ὡς τετελεσμένων ὄντων τῶν θείων δώρων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀληθῶς ὄντος. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ κατεχόμενον ἐν τῷ δίσκῳ, τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα μετὰ τοῦ θειοτάτου αἵματος. Ἐν

CAPUT CCCLV.

Quod dum præsanctificata inferuntur, amplius etiam procidere nos oportet.

Porro dum præsanctificata inferuntur, amplius etiam nos oportet procidere, quoniam consecrata sunt Dei dona, ipseque vere adest Salvator noster; nam quod in patena infertur nihil est aliud quam sanctissimum ejus corpus cum divinissimo sanguine,

Digitized by Google

Verum in fine Missæ fit oratio dicta post ambonem, utpote quæ misericordiam invocat, finemque precibus imponit, obsecrans ut videamus resurrectionem, hicque et ibi congaudeamus. Fit autem in medio templi post ambonem ut omnes audiant simulque deprecentur, atque velut in conspectu Dei pro omni populo. Et sic impleta missa, fit vigilia. Porro vide etiam ordinem vigiliæ.

A τῷ τέλει δὲ τῆς λειτουργίας ἡ ὀπιστάμβωνος εὐχή, ὡς ἱλαστική τε καὶ ἀπολυτική καὶ δεήσεως, εὐχομένη ἡμᾶς ἰδεῖν τὴν ἀνάστασιν ἐνταῦθα πανηγυρίσαι κἀκεῖ· ὄπισθεν δὲ τοῦ ἄμβωνος μέσον τοῦ ναοῦ, ὡς ἀκροᾶσθαι πάντας καὶ τούτῳ συνεύχεσθαι, καὶ ὡς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ. Καὶ οὕτω τῆς λειτουργίας τελεσθείσης, ἡ παννυχὶς γίνεται. Ὅρα δὲ καὶ τὴν τάξιν τῆς παννυχίδος.

CAPUT CCCLVI.

De vigilia in prima hebdomada sacræ quadragesimæ.

Oratione post ambonem facta in prima hebdomada, benedicit cantorem sacerdos aut pontifex si adsit; et statim psallit cantor: «Qui habitat in adjutorio.» Sacerdos vero, oratione dicta, in tabernaculo sancta reponit; verum ad «Gloria et nunc» facit conjunctam, et clamat: «Quoniam te decet,» cantorque primam dicit antiphonam: «Ad Dominum, cum tribularer, clamavi,» cum interposito versiculo: «Misericors, Domine.» Et cum eo psalluntur versus ab utroque choro qui diei conveniunt. Sacerdos autem dicit orationem primæ antiphonæ. At post «Gloria et nunc,» ac «Egregiam,» iterum sacerdos parvam facit conjunctam, et exclamat: «Quoniam sanctificatur et glorificatur.» Et sinister chorus secundam cantat antiphonam: «Ad te, Domine, levavi animam meam,» cum versu interpolato: «Miserationum portam.» Dictis autem cum eo versibus, sacerdos orationem dicit secundæ antiphonæ: «Te, lux æterna ac sine vespere,» alias vero duas adjungit orationes: «Qui vigilem et indeficientem doxologiam,» et; «Domine omnipotens incomprehensibilis.» Hæ sunt præsertim mirabiles vigiliæ preces. Porro post «Gloria et nunc,» et «Egregiam,» sacerdos facit parvam conjunctam. Et clamat: «Quoniam bonus;» et tertio psallitur antiphona: «Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi,» cum his: «Miserere nostri, Domine, miserere nostri.» Quando sacerdos portat lampadem accensam et thuribulum, primo incensat altare, deinde foris templum et populum secundum antiquam consuetudinem. Sed si diaconus adsit, ipse sumens lampadem sacerdoti præit. Verum post «Gloria et nunc,» non dicitur «Egregia,» sed tantum finis versiculi: «Domine, miserere nostri.» Et statim cantor addit psalmum quinquagesimum: «Miserere mei, Deus,» per singulos versus dicens; «Miserator Domine, miserere nostri,» et psallitur ab utroque choro psalmus totus «Gloria et nunc,» et «Egregia.» Cense igitur psalmos cantatos atque cum eis versiculos, et tres esse invenies, tres enim sunt antiphonæ, tresque versiculi propter adorandam Trinitatem cui offeruntur. Deinde comperies in his abundare humilitatem, necnon confessionem et compunctionem, et denique ultimum psalmum, nempe quinquagesimum cum versiculo: «Domine, miserere,» in compunctione Deum admisericordiam provocare. Postea diaconus: «Dominum deprecemur;» sacerdos vero: «Quoniam sanctus es;» et cantatur:

ΚΕΦΑΛ. ΤΝϚ'.

Περὶ τῆς παννυχίδος κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς.

Μετὰ τὴν ὀπιστάμβωνον εὐχὴν κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα εὐλογεῖ τὸν ψάλτην ὁ ἱερεύς. Εἰ δὲ πάρεστιν ὁ ἀρχιερεύς, αὐτός. Καὶ ψάλλει ὁ ψάλτης εὐθὺς τὸ, «Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ.» Ὁ δὲ ἱερεὺς εἰπὼν τὴν εὐχὴν, ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ συστέλλει τὰ Ἅγια. Εἰς δὲ τὸ, «Δόξα καὶ νῦν,» ποιεῖται συναπτήν. Καὶ ἐκφωνεῖ, «Ὅτι πρέπει σοι,» καὶ ὁ ψάλτης τὸ πρῶτον ἀντίφωνον, «Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με,» μετὰ ὑποψάλμου, «Ὡς οἰκτίρμων Κύριε.» Καὶ ψάλλονται οἱ στίχοι σὺν τούτῳ ἐξ ἑκατέρου χοροῦ, οἱ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἡμέρας. Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν τοῦ πρώτου ἀντιφώνου. Μετὰ δὲ τὸ, «Δόξα καὶ νῦν,» καὶ τὴν περισσὴν, πάλιν ὁ ἱερεὺς μικρὰν ποιεῖ συναπτήν, καὶ ἐκφωνεῖ, «Ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται.» Καὶ ὁ ἀριστερὸς χορὸς τὸ δεύτερον ἀντίφωνον, «Πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου,» μετὰ ὑποψάλμου, «Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην.» Λεγομένων δὲ τῶν στίχων σὺν τούτῳ, ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν λέγει τοῦ δευτέρου ἀντιφώνου, «Σὲ τὸ ἀΰδιον καὶ ἀνέσπερον φῶς.» Ἐπισυνάπτει δὲ καὶ τὰς ἄλλας δύο εὐχὰς, «Ὁ τὴν ἄϋπνον καὶ ἀπαυστον δοξολογίαν,» καὶ τὸ, «Δέσποτα παντοκράτορ ἀκατάληπτε.» Αὗται δὲ θαυμάσιαί τινές εἰσιν ἐξαιρέτως αἱ τῆς παννυχίδος εὐχαί. Μετὰ δὲ τὸ, «Δόξα καὶ νῦν,» καὶ τὴν περισσὴν, ὁ ἱερεὺς ποιεῖται μικρὰν συναπτήν. Καὶ ἐκφωνεῖ, «Ὅτι ἀγαθός.» Καὶ τὸ τρίτον ἀντίφωνον ψάλλεται, «Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι,» μετὰ τοῦ, «Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς.» Ὅτε καὶ ὁ ἱερεὺς κρατῶν ἡμμένην λαμπάδα καὶ θυμιατήριον, θυμιᾷ πρῶτον τὸ θυσιαστήριον· ἔπειτα ἔξω τὸν ναὸν καὶ τὸν λαὸν ὡς ἔθος ἀρχαῖον. Εἰ δὲ διάκονός ἐστιν, αὐτὸς κατέχων τὴν λαμπάδα, τοῦ ἱερέως προπορεύεται. Μετὰ δὲ τὸ, «Δόξα καὶ νῦν,» περισσὴ οὐ λέγεται, ἀλλὰ τὸ τέλος τοῦ τροπαρίου μόνον, «Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς.» Καὶ εὐθὺς ὁ ψάλτης ἐπιφέρει τὸν πεντηκοστὸν Ψαλμὸν, τὸ, «Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς,» κατὰ στίχον λέγων, «Ἐλεήμων Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς,» καὶ ψάλλεται παρ' ἑκατέρων τῶν χορῶν ὁ Ψαλμὸς ἅπαξ, «Δόξα καὶ νῦν,» καὶ περισσή. Κατανόησον τοίνυν τούς τε ἀδομένους Ψαλμοὺς, καὶ σὺν αὐτοῖς τὰ τροπάρια· καὶ εὑρήσεις μὲν τρισσῶς κείμενα, τρία γάρ εἰσιν ἀντίφωνα, καὶ τρία τροπάρια, διὰ τὴν τιμὴν τῆς Τριάδος, καὶ ὡς πρὸς ταύτην ἀναφερόμενα. Εἶτα καὶ πλήρη ταπεινώσεως ἐξομολογήσεώς τε καὶ κατανύξεως. Καὶ τὸν τελευταῖον δὲ πάλιν

Digitized by Google

καὶ ὁ διάβολος, οὐ κατὰ τὸν τόπον καὶ στάσιν τὴν τῶν ἀγγέλων. Πῶς γὰρ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανίου χώρου πεσών; ὡς ὁ Σωτὴρ ἔφη· « Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. » Ἐνδιαίτημα γὰρ τῶν ἀγγέλων ὁ οὐρανός. Καὶ γὰρ εἰ καὶ ἀσώματά εἰσι πνεύματα οἱ ἄγγελοι, ἀλλ' ὅμως περιγραπτοί καὶ ἐν τόπῳ, ὡς καὶ ὁ ἡμέτερος νοῦς. Μόνον δὲ τὸ Θεῖον ἀπεριόριστον. Ἵστατο οὖν ὁ πονηρὸς ἐν μέσῳ τῶν ἀγγέλων, οὐ τῷ τόπῳ καὶ τῇ στάσει, ἀλλὰ τῇ ἐπάρσει τῆς ἀλαζονείας αὐτοῦ, καὶ τῷ ὑψινοεῖν τε καὶ ἀντιθέσῃ τοῦ φρονήματος, οὐ γὰρ περαιτέρω τοῦ ἀέρος δύναται βαίνειν ὁ κατακριθεὶς μᾶλλον ὑπὸ τὴν γῆν καὶ τὸν ᾅδην εἶναι ἀεί. Ἵστατο οὖν κομπάζων, καὶ κατὰ Θεοῦ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, καὶ ἀθάνατον καταστήσαντος, κινούμενος δυσσεβῶς, καὶ κατὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ Ἰὼβ, ἐπαιρόμενος φθονερῶς, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μαρτυρίαν σπεύδων ἀποδεῖξαι ψευδῆ. Ἀλλὰ καὶ τῇ θείᾳ θελήσει δέδοται αὐτῷ χώρα τὰ τῆς μανίας ἐνεργεῖν εἰς δοκιμὴν καὶ προκοπὴν τοῦ μακαρίου Ἰὼβ ἐκείνου, ἵνα μὴ τολμᾷ λέγειν ὁ πονηρὸς, ὡς οὐ δεδοκίμασται ὁ δίκαιος, οὐδὲ ἀνεφάνη τῇ πείρᾳ δίκαιος ὤν. Ὁ γὰρ κοινὸς ἐχθρὸς οὐκ ἰσχύει τι παρὰ γνώμην Θεοῦ κατὰ τῶν κτισμάτων αὐτοῦ, εἰ καὶ τὰ μὲν τῶν ἐπερχομένων ἀφίησι Θεὸς εὐδοκίᾳ γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, τὰ δὲ ἐγκαταλείψει παραχωρεῖ, ὡς ἐκ πάσης σχεδὸν τῆς Γραφῆς διδασκόμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν βραχεῖ περὶ τῆς τρίτης ἐρωτήσεως.

A in medio eorum secundum Job historiam stetit diabolus non in loco et sede angelorum. Quomodo enim ille e cœlesti choro cecidit? sicut dixit Salvator : « Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem : » nam cœlum habitatio est angelorum. Etenim quamvis angeli spiritus sint incorporales, sed tamen circumscripti, et in loco sedent sicut et spiritus noster : unus enim Deus est infinitus. Stetit igitur Malus in medio angelorum, non locum occupans et sedem habens, sed in elatione jactantiæ et superbiæ suæ, et cogitans se esse super nubes et æqualem similemque Deo. Sed non potest ascendere ultra aerem, seu potius damnatur ad commorandum semper sub terra et in inferno. Stetit igitur plenus jactantia, et impie motus adversus B Deum qui fecit illum et constituit immortalem, et contra Job servum Dei invidiose inflatum, falsum esse ostendere volens quod de illo protulerat Deus testimonium. Sed et voluntate Dei datum est ei hic vesaniam ostendere in experimentum et processum ipsius beati Job, ut malus non possit dicere quia non est expertus justus, et quia tentatione non manifestata est justitia ejus. Impurus ergo hostis nihil potest contra creaturas præter Dei scientiam : et si quæ eveniunt hominibus, hæc ipsis benevolentia permittit Deus fieri, et omnibus quæ permittit utilia reddit, sicut ex omni fere Scriptura discimus. Et hæc breviter in tertiam quæstionem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Τὰς ἐξερχομένας ψυχὰς ἄγγελος εἷς λαμβάνει, ἢ πολλοί; Καὶ εἰ χωρὶς ἀγγέλου ἐξέρχονται. Καὶ πῶς λαμβάνεται ἡ ψυχὴ ἄϋλος οὖσα; καὶ ποῦ πορεύεται; Καὶ εἰ δύναται ψυχὴ κατέχεσθαι ὡς ἡ τοῦ πλουσίου ὑπὸ πυρός;

QUÆSTIO IV.

Egressas a corporibus animas num singuli an plures angeli excipiant, et num sine angelo egrediantur. Quomodo possit excipi anima expers materiæ, et quorsum abeat. Num possit ab igne contineri sicut anima Divitis?

Περὶ δέ γε τῆς τετάρτης, ὅτι εἰ εἷς ἄγγελος ἢ πολλοὶ λαμβάνουσιν ἀνθρώπου ψυχὴν, καὶ εἰ χωρὶς ἀγγέλου τοῦ σώματος οὐκ ἐξέρχεται, καὶ πῶς λαμβάνεται ὑπ' ἀγγέλου, ἐπεὶ καὶ ἄμφω πνεύματα, καὶ ποῦ ἀπέρχεται, εἰς τὸν οὐρανὸν ἢ εἰς τὴν γῆν, ἢ εἰς τὸν ᾅδην, καὶ πῶς ἐν φλογὶ ἀσώματος οὖσα, ταῦτα κατὰ δύναμιν λέγομεν· Ὅτι μὲν ὑπ' ἀγγέλων ἁγίων λαμβάνονται αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ, αἱ δὲ τῶν ἀδίκων ὑπὸ δαιμόνων, ἀπὸ πολλῶν ἱστορικῶν καὶ πατρικῶν λόγων ἐγνωμεν· καὶ τὸ ἱερὸν φησιν Εὐαγγέλιον περὶ τοῦ πένητος Λαζάρου ἀποθανόντος, αὐτὸν ὑπὸ ἀγγέλων ἀπενεχθῆναι εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ αἱ θεωρηθεῖσαι τῷ θείῳ Ἀντωνίῳ ψυχαὶ, ἥ τε τοῦ Νητριώτου Ἀμοῦν, καὶ ἡ τοῦ Θηβαίου δὲ Παύλου, ὡς ὁ μέγας ἐκτίθησιν Ἀθανάσιος, καὶ πολλῶν δὲ ἄλλων ἁγίων μακαριώτατα· ψυχαὶ, οὐ μόνον ὑπὸ ἀγγέλων θείων προσλαμβανόμεναι, **328** ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ψυχῶν ἁγίων δορυφορούμεναι, εἰς παράκλησιν αὐτῶν, οἶμαι, καὶ τιμὴν, ἀποστελλομένων τούτων παρὰ Θεοῦ. Ἀριθμὸν δὲ οὐκ ἐγνωμεν ἀγγέλων. Πολλάκις δὲ καὶ ἕνα, ὡς Εὐθύμιος ὁ μέγας ἐβλεψεν ἄγγελον κατέχοντα τριαίναν, ἠκούσαμεν ἐν τοῖς τῶν Πατέρων λόγοις, καὶ δύο δὲ καὶ πλείονας ἀγγέλους παραγεγονότας, ἐπὶ τῷ λαβεῖν ψυχήν. Οἶμαι δὲ τοῦτο κατὰ τὴν

Ad quartam autem quæstionem utrum unus aut plures angeli auferant animam hominis; et an sine angelo non exeat e corpore; quomodo auferatur ab angelo cum sint uterque spiritus; et quo abeat, in cælum, aut in terram, aut in infernum; et quomodo comburatur cum non habeat corpus : hæc pro posse dicemus : quod animæ justorum a sanctis angelis, impiorum vero a dæmoniis auferantur, et hoc multorum historicorum et Patrum sermonibus cognoscimus; idemque dixit D Evangelium de paupere Lazaro mortuo, quod ab angelis sublatus sit in sinum Abrahæ. Testantur enim sanctum Antonium contemplatum esse animas exeuntes, ut narravit magnus Athanasius de anima Pauli Thebani, et multorum aliorum beatissimas sanctorum animas. Neque solum a sanctis angelis ablatæ sunt, sed et custoditæ a sanctis animabus a Deo missis in protectionem quidem et honorem ipsarum. Numerum autem non scimus angelorum ad hoc deputatorum. Sæpe unum legimus in sermonibus Patrum; vidit Euthymius magnus custodientem Triænam et duos vel plures angelos præpositos ad suscipiendam animam, et illud forte propter dignitatem animarum suscipiendarum: et animas justorum a pluribus angelis suscipi pro

Digitized by Google

earum merito vel a paucioribus : animas denique peccatorum a dæmonibus rapi; sed non tamen præter notitiam Dei aut contra sententiam ejus : non enim absque præsentia angeli animæ peccatorum separantur a corpore, ne inimicus regiones circumeat nequiter et sine modo hominem interficiens, et denique ne credatur dominus mortis et vitæ [1]. Accipitur ab angelis immaterialibus anima, immaterialis et ipsa consequenter, imo natura sua. Habent enim necessitudinem aliquam cum immaterialibus angeli. Animæ vero proficiscuntur, ut a sanctis doctoribus discimus, ad loca earum vita et operationibus digna, et hæ quidem in cœlo, quarum conversatio in cœlis erat. Quædam vero in cœlum cum corporibus translatæ sunt, sicut eodem mente raptus Paulus docet, qui postea dissolvi cupiebat et esse cum Christo [2], et ut fiat illud Domini verbum : « Ubi sum ego et ipsi mecum sint [3]; » et illi sunt in paradiso, secundum illud : « Hodie mecum eris in paradiso [4]. » Ibi enim esse animas omnium qui post pœnitentiam mortui sunt, sicut et ejus animam cauti sapientisque latronis, credendum est. Et juste quidem : qui enim Christum perfecte sunt imitati, ipsum ascendentem in cœlum sequentur et cum ipso in cœlo erunt. In paradiso quoque sunt quos sicut latronem pœnituerit; nam et cœlum et paradisum aperuit Christus. Et anima quæque juxta vitam suam accipiet a Deo consolationem, omnes enim sunt imperfectæ usque dum veniat Dominus, sicut docemur : Ut non sine nobis, inquit, perfecti fiant [5]; et consequenter qui perfectionem ex fide percipiunt, non receperunt mercedem suam. Peccatorum vero atque infidelium animas in inferno esse credendum est, quemadmodum sanctorum in cœlo, et in aliis locis obscuris et tristibus, peccatis eorumdem et infidelitati correspondentibus, dæmonibus obnoxiæ, a quibus veluti tyrannis mœroribus ac laboribus cruciabuntur. Nunc autem pœnam non luunt perfectam cum nondum adsint corporibus quibuscum peccaverunt, et cum nondum de cœlo descenderit Dominus qui judicabit omnes et reddet unicuique secundum opera ejus. Sed neque est quædam castigatio prima in quam peccatrices animæ ingrediantur puniendæ juxta malitiam suam et postea liberandæ ab ulteriore pœna, sicut pessime blaterantur quidam... Cum enim sanctus Gregorius Dialogus dixit animas in igne torqueri, hoc secundum intelligentias dixit; ita ut animæ sint quasi captivæ in quodam loco postquam et secundum quod judicatæ et damnatæ fuerunt affligendas in igne per conscientiam; ita ut insuper gratiæ Dei factæ exheredes, dæmonibus subjiciantur; sicut et loquitur Chrysostomus, affirmans in Commentariis suis in Acta apostolorum animas cruciandas per conscientiam et per separationem a Deo hanc ultimam et aeter-

A ἀξίαν γίνεσθαι τῶν μεθισταμένων ψυχῶν, καὶ τῶν δικαίων τὰς μὲν ὑπὸ πολλῶν παρακαλεῖσθαι ἐν τῇ ἐξόδῳ κατὰ τὴν αὐτῶν προκοπήν, τὰς δὲ ὑπὸ ἐλαττόνων, τὰς τῶν ἁμαρτησάντων δὲ πάλιν ὑπὸ δαιμόνων ἁρπάζεσθαι, τέως γε μὴν οὐ παρὰ γνώμην Θεοῦ. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῶν ἁμαρτωλῶν αἱ ψυχαὶ χωρὶς ἀγγέλου χωρίζονται, ἵνα μὴ χώραν ὁ ἐχθρὸς εὕροι θανατοῦν τὸν ἄνθρωπον, καὶ παρὰ καιρὸν, καὶ ἵνα μὴ νομισθείη κύριος εἶναι τοῦ θανάτου καὶ τῆς ζωῆς. Λαμβάνεται δὲ ὑπ' ἀγγέλων ἄϋλον ἡ ψυχὴ ἄϋλος οὖσα, ἀκολούθως, μᾶλλον δὲ κατὰ φύσιν. Συγγενῶς γὰρ πρὸς τὰ ἄϋλα οἱ ἄγγελοι ἔχουσιν. Αἱ ψυχαὶ δὲ πορεύονται, ὡς παρὰ τῶν ἁγίων μανθάνομεν, ἐν τόποις τῆς ζωῆς αὐτῶν καὶ πολιτείας ἀξίοις· καὶ αἱ μὲν ἐν τῷ οὐρανῷ, αἷς καὶ τὸ πολίτευμα ἦν ἐν οὐρανοῖς. Αἵτινες δὴ καὶ μετὰ τοῦ
B σώματος οὖσαι εἰς οὐρανοὺς ἀνηνέχθησαν, ὥσπερ ὁ Παῦλος ἁρπαγεὶς ἐκεῖσε διδάσκει, καὶ ἐπιθυμῶν ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, καὶ ἵνα γένηται τὸ, « Ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσι μετ' ἐμοῦ, » ὅπερ ἔφη ὁ Κύριος. Οἱ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ εἰσὶ, κατὰ τὸ, « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Ἔνθα καὶ πάντων τῶν διὰ μετανοίας ἐξερχομένων εἶναι τὰς ψυχὰς πιστευτέον, ὡς καὶ τὴν τοῦ εὐγνώμονος ἐκείνου λῃστοῦ ψυχήν. Καὶ δικαίως, οἱ μὲν ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς τὸν Χριστὸν ὁλικῶς μιμησάμενοι, εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθέντι συνεῖναι, οἱ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ, ὡς ὁ λῃστὴς, μετανοήσαντες· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν παρά-
C δεισον ἠνοιξεν. Ἀναλόγως δὲ τῇ ζωῇ ἑκάστη δέχεται καὶ παρὰ Θεοῦ τὴν παράκλησιν, πᾶσαι δέ εἰσιν ἀτελεῖς, ἕως ἂν ὁ Κύριος ἔλθῃ, καθὼς διδασκόμεθα· « Ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν, φησὶ, τελειωθῶσι. » Καὶ οὗτοι πάντες τελειωθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν δὲ καὶ ἀπίστων ψυχὰς καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ πιστευτέον εἶναι, ὥσπερ καὶ ἐν οὐρανῷ τῶν ἁγίων, καὶ ἐν ἑτέροις τόποις ἀφεγγέσι καὶ θλιβεροῖς, καὶ ἀναλόγως ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ, ὑπὸ δαιμόνων ἄρχεσθαι καὶ τυραννουμένας ὀδυνᾶσθαι· οὐ μὴν δὲ νῦν τῇ τελείᾳ κολάσει παραδίδοσθαι. Ἐπεὶ οὔπω τοῖς αὐτῶν ἠνώθησαν σώμασι, μεθ' ὧν καὶ ἐξήμαρτον· οὐδ' ὁ Κύριος ἔτι ἦλθεν ἐξ οὐρανοῦ, ὃς κρινεῖ
D πάντας, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐδέ τις ἔστι κόλασις πρώτη, εἰς ἣν αἱ ἁμαρτωλαὶ ψυχαὶ ἐμβαλλόμεναι, καὶ δίκην τινὰ ὑποσχοῦσαι ἀνάλογον τῇ κακίᾳ, ἐλευθεροῦνται τῆς τιμωρίας, ὥς τινες φληναφοῦσιν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ θεῖος φησι Γρηγόριος ὁ Διάλογος, ψυχὰς ἐν φλογὶ τιμωρεῖσθαι, νοητῶς τοῦτό φησι, καὶ τὸ εἶναι ὡς δεσμίους τὰς ψυχὰς ἐν τόπῳ τινὶ ὡς καταδεδικασμένας θλιβομένας, καὶ τῷ πυρὶ τῆς συνειδήσεως φλέγεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ χάριν ἔχειν Θεοῦ, καὶ ὑπὸ δαιμόνων ὀδυνᾶσθαι, ὡς καὶ ὁ Χρυσορρήμων τοῦτό φησιν ἐν τῇ Ἑρμηνείᾳ τῶν Πράξεων, τιμωρουμένας τῷ συνειδότι, καὶ τῷ μὴ παρακαλεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ, καὶ τῷ ἀπεκδέχεσθαι τὴν τελευταίαν ἐκείνην αἰώνιον κόλα-

[1] Philip. I, 23. [2] Joan. XVII, 24. [3] Luc. XXIII, 43. [5] Incerta lectio.

Digitized by Google

σιν. Εἰ οὖν καὶ μετρίως τινὲς αὐτῶν ἐξήμαρτον, καὶ μόνον μετανοίᾳ τοῦ βίου τούτου ἐξῆλθον, διὰ τῆς ἱερωτάτης θυσίας καὶ εὐποιιῶν καὶ λοιπῶν ἄλλων, δύνανται ἐλευθερίας τυχεῖν πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν κριτήν. Καὶ τοῦτο δεχομένη ἡ Ἐκκλησία, τὰς ὑπὲρ τῶν ἀποιχομένων ποιεῖται προσευχὰς καὶ θυσίας· καὶ πολλοὶ τοῦτο μαρτυροῦσι, καὶ οἱ λυόμενοι δεσμοῦ μετὰ θάνατον ὡς λυομένων καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν. Διὰ τοῦτο καὶ φλόγα τοῦ πλουσίου ἐκείνου τὴν τῆς συνειδήσεως τιμωρίαν νοητέον, καὶ τὸ μὴ μετέχειν χάριτος. Τὸ μακρόθεν δὲ τὸν Ἀβραὰμ καθορᾷν τὸ μακρὰν εἶναι Θεοῦ σημαίνει, καὶ ὑπὸ δαιμόνων θλίβεσθαι. Οὐ μὴν δὲ τελεία **329** νῦν δίδοται κόλασις. Εἰ δὲ διὰ τὸ τὸν Κύριον εἰρηκέναι ἐν γεέννῃ εἶναι τὸν πλούσιον, πιστευτέον ἐν κολάσει εἶναι αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ταῖς τῶν ἁμαρτωλῶν κόλασίς ἐστι ψυχαῖς, αἰώνιος ἔσται, ἀρραβὼν τῆς μελλούσης κολάσεως. Πλὴν ὅσον ἔστιν ἐννοεῖν ἀπὸ τῶν ἁγίων Γραφῶν, ἐπεὶ οὕπω ὑπὸ τὰ δεσμὰ καὶ τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ ὁ διάβολος σὺν τοῖς δαίμοσι, ἀλλ' ἔτι τὴν κακίαν ἐνεργοῦσι τῷ κόσμῳ, καὶ οὕπω δὲ ἡ ἀπόφασις καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς γέγονε τὸ, « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· » οὐ τελείᾳ κολάσει αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχαὶ παραδίδονται, εἰ καὶ ὁ Πλούσιος λέγεται ἐν γεέννῃ. Πάντως γὰρ ἔσται μὲν ἐν κολάσει, οὐ τελείᾳ δὲ, καὶ οὐδὲ δι' αὐτὴν τὴν ἐν μέρει κόλασιν ἀπαλλαγήσεται τῆς τελείας, ὡς οἱ Λατῖνοι περὶ τοῦ Πουργατωρίου φασί. Καὶ δῆλον, ὡς καὶ χάσμα εἶπεν εἶναι ὁ Ἀβραὰμ ἀνὰ μέσον τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ δικαίων, τὸ ἀδύνατον τῆς ἑνώσεως παριστῶν, καὶ μηδὲ δύνασθαι ὑποστρέψαι εἰς τοὺς ζῶντας μετανοεῖν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ᾅδῃ μετάνοια, ἀλλ' ὥσπερ τὰς τῶν ἁγίων οὕπω τελείαν τὴν χάριν ἀπολαμβάνειν, οὕτω καὶ τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν οὕπω τιμωρίας καὶ κολάσεως πεῖραν εὑρίσκειν τελείαν δοξάζομεν, ἄχρις ἂν τὸ τέλος ἑκάστῳ γένηται, τοῦ Κυρίου ἐλθόντος. Ὑπὸ δεσμὸν δὲ ἔσται καὶ ὀδύνην τὸ ἄϋλον πνεῦμα ἐν τῇ γεέννῃ κατὰ λόγον προσήκοντα. Καὶ τοῦτο μανθάνομεν ἀπὸ τῶν ἁγίων Γραφῶν, πλὴν καὶ ἀπὸ τῶν γινομένων ἐν ἡμῖν ἐνταῦθα γνῶναι ἔστι· καὶ στοχάσασθαι περὶ τῶν μελλόντων δυνατόν. Πολλάκις γὰρ καὶ μὴ βασανιζομένου τοῦ σώματος, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν ὀδυνᾶται καὶ θλίβεται, περιστατικοῦ τινος ἐπενεχθέντος τῇ καὶ παρὰ τὴν γνώμην αὐτῆς, ἀτιμίας δηλαδὴ, ἢ ἀποστροφῆς ἀνθρωπίνης, ἢ φόβου, ἢ αἰσχύνης, ἢ πιθῶν ἐπιθέσεως, ἢ λογισμῶν ἑτέρων αὐτὴν θλιβόντων καὶ πιεζόντων. Ἐπεὶ δὲ καὶ σώματι δεσμεῖται νῦν ἡ ψυχὴ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι πιστεύεται ἑνωθῆναι σώματι, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ πυρὶ κολάζεται, καὶ μάλιστα τότε, ὅτε πάντα ἀλλοιωθήσονται, καὶ εἰς τὸ ἄφθαρτον ἀμειφθήσονται; καὶ ταῦτα κολάσεως ἡτοιμασμένης τῷ διαβόλῳ, ὃς ὑπάρχει ἀσώματος καὶ λεπτοτέρας φύσεως, ἢπερ ἡ ψυχή. Εἰ οὖν αὐτῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἡτοίμασται πῦρ αἰώνιον εἰς τιμωρίαν καὶ κόλασιν, πῶς οὐδὲ ταῖς ψυχαῖς ἔσται τοῦτο, ταῖς ὑποτεταγείσαις τῷ ποτ-

A nam pœnam exspectantes. Si vero aliquis ex iisdem moderate deliquerit, et cum pœnitentia ex hac vita excesserit, per sacrosanctum sacrificium et bona opera et alia possunt libertatem consequi antequam judex advenerit. Et hoc probans Ecclesia pro defunctis preces et sacrificia peragit. Et hoc multi testantur, et inter eos qui post mortem solvuntur vinculo, non alia ratione qua eorumdem corpora dissolvuntur Et per hoc facile intelligere possumus et ignem quo comburitur dives ille, et cruciatum per conscientiam, et privationem gratiæ. Cum deinde longe et infra positæ dicuntur a conspectu Abrahæ hoc innuit eas longe esse a Deo, et torqueri sub tyrannide dæmonum : sed tamen nunc non plena luitur pœna. Inde Domino testante divitem esse

B in gehenna, credendum est ipsum esse in pœna, et consequenter pœnam iustare animabus peccatorum, futuræ pœnæ quæ erit æterna, arrhabonem. Etenim hoc insuper cognoscimus ex sacra Scriptura quæ nobis innuit diabolum nondum cum dæmonibus esse in vinculis et in igne præparato ipsi, sed adhuc inspirare malitiam in mundo, et nondum consummatam esse peccatorum separationem nec prolatum terribile hoc : « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum [a]. » Perfecta pœna non afficiuntur animæ peccatorum : etsi enim dives dicatur esse in gehenna, omnino erit in pœna, non perfecta quidem, sed per hanc quæ est ex parte pœnam æternam non effugiet, sicut di-

C cunt Latini de purgatorio. Et certo quidem; cum Abraham dicat esse chaos magnum inter peccatores et justos, unde apparet non posse sibi præsentes esse proximos, et neminem inde remeare inter vivos ad pœnitentiam agendum, quia non est in infernis pœnitentia, sed sicut animabus justorum non datur jam nunc plenam accipere gratiam, sic nondum datur animabus peccatorum, nostro judicio, suppliciorum et castigationis perfectum adipisci experimentum, usquedum finis unicuique adveniat, descendente Domino. In vinculis ergo erit et in dolore spiritus immaterialis in gehenna secundum quod modo de his dicebamus : illud a sancta Scriptura discimus, et jam ab his quæ hic nobis contingunt cognoscere

D possumus et conjicere quæ postea fient. Sæpe enim, sospite corpore, anima in seipsa dolore afficitur et conteritur, infortunio quodam ipsam pertinaciter insectante in intellectu : videlicet infamia, aut defectione hominum, aut timore, aut confusione, aut casibus ingruentibus, aut denique considerationibus alienis quæ ipsam ferunt et circumveniunt. Nunc autem vinculis detinetur corporis anima, et cum illud deposuerit, iterum in futuro sperat assumere. Quid ergo mirum si per ignem puniatur, eo tempore præsertim quo mutabuntur omnia ut in incorruptionem vertantur ? Omnino ergo pœnam luet quæ parata fuit diabolo,

[a] Matth. xxv, 41.

Digitized by Google

qui nunquam habuit corpus et est subtilioris naturæ. Si enim paratus fuit ignis sempiternus in supplicium et pœnam diabolo et angelis ejus, quomodo non erit ipsis animabus, his præsertim animabus quæ malo servierunt, errantes a fide, pessimis actibus foedatæ et magis corporibus se implicantes.

A νηρῷ, τῇ ἀπιστίᾳ, ἢ πονηροῖς ἔργοις, καὶ μᾶλλον ἐνυθεῖσαις τοῖς σώμασιν;

QUÆSTIO V.

Qua ratione spiritus quidam sint personales, ut angeli et animæ, ac sub forma apparentes, licet expertes materiæ: alii autem destituti forma, ut aer et venti?

Ad quintam quæstionem hæc dicenda: Neque angeli, neque dæmones formas et species habent corporales, neque animæ, sive a corporibus separatæ, sive cum sunt in corporibus præsentes. Angeli quidem quoties in quadam videntur figura, non ut sunt conspiciuntur, sed per imaginem, ut dictum est, in qua a nobis videri possint. In imaginibus autem et visionibus cum apparent angeli, vere et fideliter repræsentantur potentia Dei, ut spiritus sancti, in nostram utilitatem. Ita quoque vere apparent animæ sanctorum et cæterorum mortuorum cum Deus concedit et jubet. Quod ad dæmones attinet, qui gratiam non habent Dei, phantastice, fallaciter, varia fraude, et nequissimo fine formas infimas et semper alteras induunt, et uno verbo dolose et mendaciter nobis apparent. Aer vero et ventus quamvis vocentur spiritus, minime similes sunt angelis neque animabus; sed sunt corpora subtiliora corporum nostrorum adjutricia sicut et animantium et vegetabilium, per aerem enim respiramus; et ignis est aere levior, sed ipse corpus est et corpora alia adjuvat et cæteris elementis circumlabitur. Denique, ut omnes dicunt, aer est unum ex quatuor elementis, ex quibus etiam corpora nostra coalescunt: corpus ergo est aer, etsi levior terra et aqua, et tenuior, in ventos moveatur et subtiliora quæque penetrat, et nullum e corporibus vacuum ab ipso esse permittitur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε'.

Τίνι τρόπῳ τὰ μὲν εἰσιν ὡς ὑπόστατα Πνεύματα, ἄγγελοι καὶ ψυχαί, καὶ ὡς ἐν σχήματι, εἰ καὶ ἄϋλα, τὰ δὲ ἀσχημάτιστα ὡς ὁ ἀὴρ καὶ οἱ ἄνεμοι;

Εἰς δὲ τὴν πέμπτην ἐρώτησιν λεκτέον ταῦτα· Οὔτε οἱ ἄγγελοι μετὰ σωματικῶν σχημάτων εἰσὶν, οὔτε οἱ δαίμονες οὔτε αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων χωρισθεῖσαι, ἢ σὺν τοῖς σώμασιν οὖσαι, ἐπειδὴ τὸ σχῆμα ἐν σώματι. Ὁρώμενοι δὲ ἐν σχήματι, οὐ καθὼς ἔχουσιν ὁρῶνται οἱ ἄγγελοι, ἀλλὰ καθόσον ὁρᾶσθαι δύνανται ὑφ' ἡμῶν εἰκονικῶς, ὥσπερ εἴρηται. Καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι ἐν ταῖς εἰκόσι καὶ ὀπτασίαις ἀληθῶς εἰκονίζονται δυνάμει Θεοῦ ὡς νόες ἅγιοι, εἰς ὠφέλειαν ἡμετέραν. Καὶ αἱ τῶν ἁγίων δὲ ψυχαὶ, καὶ λοιπῶν ἀπιλθόντων, ὡς ὁ Θεὸς δίδωσί τε καὶ βούλεται. Οἱ δαίμονες δὲ μὴ χάριν ἔχοντες Θεοῦ, φανταστικῶς καὶ ἀπατηλῶς, ποικίλως τε καὶ πονηρῶς μορφὰς ἐναλλάττουσι, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν ψευδῶς. Ἀὴρ δὲ καὶ ἄνεμος οὐ κατὰ τοὺς ἀγγέλους τελοῦσιν ἢ τὰς ψυχάς, εἰ καὶ καλοῦνται πνεύματα, ἀλλ' εἰσὶ λεπτότερα σώματα συνεργὰ τῶν ἡμετέρων σωμάτων καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν· διὰ τοῦ ἀέρος γὰρ ἀναπνέομεν. Καὶ τὸ πῦρ δὲ ὂν τοῦ ἀέρος λεπτότερον, καὶ αὐτὸ σῶμα τυγχάνει, καὶ τοῖς σώμασι συνεργὸν, καὶ τοῖς λοιποῖς στοιχείοις συμπεριέχεται. Καὶ ὡς πάντες φασὶν, ἐν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστὶν ὁ ἀὴρ, ἐξ ὧν καὶ τὰ ἡμέτερα σύγκειται **329** σώματα. Σῶμα τοίνυν ὁ ἀὴρ, εἰ καὶ κουφότερον γῆς τε καὶ ὕδατος καὶ λεπτότερον καὶ εἰς ἀνέμους κινούμενον καὶ ἐν τοῖς κούφοις πᾶσι χωροῦν· καὶ οὐδὲν τῶν σωμάτων κενόν ἐστι τοῦ ἀέρος.

B

C

QUÆSTIO VI.

Quomodo sermo internus sermonis nomine veniat, externus enim merito appellatur sermo quem loquimur. Et quomodo sermo sonum edat cum sit expers materiæ?

Hæc ad sextam quæstionem: Sermo in mente conceptus maxime et excellenter est sermo, qui quasi per guttur, per linguam et per labia carnem assumit, motione spiritus interioris et exterioris, et sic prolatus generatur. In ipso est imago incarnationis et per carnem inter homines manifestationis Verbi Dei viventis. Primo quidem invisibile et Patri coæternum et in ipso ab æterno manens, qui per illud omnia ut voluit fecit, deinde Verbum de Spiritu sancto ex Virgine carnem sumpsit, et nobis vere manifestatum est. Et in Patre totus erat et in Matre pariter totus secundum carnem: et erat in cœlo illuminans angelos, et in terra visus est et cum hominibus conversatus est. Omnia hæc in seipso vivide exprimit et repræsentat homo. Anima quidem ejus intelligentia in seipsa suum producit sermonem, verbum: quare ergo vocatur rationabilis, et sine sono et lingua, et intelligit in seipsa, et loquitur immaterialiter

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ϛ'.

Πῶς ὁ ἐνδιάθετος λόγος καλεῖται λόγος; Ὁ προφορικὸς γὰρ εἰκότως λόγος, ὡς λαλούμενος. Καὶ τίνι τρόπῳ ἠχεῖται ὁ λόγος, ἄϋλος ὤν;

Πρὸς δὲ τὴν ἕκτην ἐρώτησιν ταῦτα· Ὁ ἐνδιάθετος λόγος μᾶλλον ἐξαιρέτως λόγος ἐστὶν, ὃς οἱονεὶ διὰ τοῦ γαργαρεῶνος καὶ τῆς γλώττης καὶ τῶν χειλέων σαρκούμενος ἐν τῇ κινήσει τοῦ ἐκτός τε καὶ ἔνδον πνεύματος προφορικὸς γίνεται, εἰκονίζων τὴν σάρκωσιν καὶ διὰ σαρκὸς φανέρωσιν ἐν ἀνθρώποις τοῦ ζῶντος Λόγου τοῦ Θεοῦ. Πρώην μὲν γὰρ οὗτος ἀόρατος ὢν καὶ συνάναρχος τῷ Πατρὶ καὶ ἐν αὐτῷ μένων ἀεὶ, δι' οὗ καὶ πάντα, ὅτε ἠθέλησεν, ἐποίησεν, ὕστερον Πνεύματι ἁγίῳ σαρκωθεὶς ἐκ Παρθένου, ἀληθῶς ἡμῖν πεφανέρωται. Καὶ ἐν τῷ Πατρὶ ὅλος ἦν, καὶ ἐν τῇ Μητρὶ μετὰ σαρκὸς ὅλος, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ ἦν, καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐφώτιζε, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Τοῦτο οὖν εἰκονίζει ἐν ἑαυτῷ καὶ ὁ ἄνθρωπος. Καὶ ἡ μὲν ψυχὴ αὐτοῦ νοερῶς ἐν ἑαυτῇ τίκτει τὸν ἑαυτῆς λόγον· διὸ καὶ λογικὴ καλεῖται· καὶ χωρὶς φθόγγου καὶ γλώττης νοεῖ τε ἐν ἑαυτῇ, καὶ λέγει ἄϋλως, καθὰ καὶ οἱ ἄγγελοι· ἀσωμάτως γὰρ ἀλλήλοις τὴν

D

Digitized by Google

θείαν γνῶσιν διαπορθμεύουσι. Καὶ ὁμιλοῦσιν ἀλλήλοις νοερῶς δίχα γλώττης, καὶ σχήματι δὲ καὶ νεύματι ἡ ψυχὴ τὸν αὐτῆς ἀπαγγέλλει λόγον. Γλώττῃ δὲ καὶ γράμματι παχυνόμενον καὶ οἷον σαρκούμενον, τοῖς ἄλλοις ἅπασι φανεροῖ. Ὁ; καὶ ἐν αὐτῇ πάλιν μένει καὶ οὐ διίσταται. Καὶ ὅλος ἐν πᾶσιν ἔστι τοῖς ἀκούσασι, καὶ ὅλος ἐστὶν ἐν αὐτῇ. Μᾶλλον οὖν τοῦ προφορικοῦ ὁ ἐνδιάθετος λόγος λόγος, μάλιστα δὲ ὁ αὐτὸς οὗτός ἐστιν, εἰ καὶ τοῖς ἔξω σοφοῖς ἄλλος μὲν ὁ ἐνδιάθετος δοκεῖ, ὃν καὶ διάνοιαν λέγουσιν, ἄλλος δὲ ὁ προφορικός. Τῇ ἀληθείᾳ γὰρ εἷς ἐστι. Καὶ οὗτος τὸν μονογενῆ εἰκονίζει Λόγον. Καὶ ἐνδιάθετος μὲν λόγος μένων ἐντὸς καὶ πολλοῖς μὴ νοούμενος. Παχυνόμενος δὲ, καὶ ἢ τοῖς φθόγγοις ἢ τοῖς γράμμασι φανερούμενος ὁ προφορικὸς, εἰκονίζων τοῦ Λόγου τὴν ἐνανθρώπησιν. Ὕστερον γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος σαρκωθεὶς πεφανέρωται.

A sicut et ipsi angeli, qui incorporaliter sibi invicem transmittunt notitiam Dei, atque ad alterutrum confabulantur absque lingua et intellectualiter. Ita anima sibi ipsi figura quadam et signo suum enuntiat sermonem: deinde lingua aut littera concretus et vere incarnatus, omnibus aliis apparet; qui et in ipsa iterum manet nec omnino separatur; et totus est in omnibus audientibus et totus simul est in anima permanens. Potius ergo in mente conceptus quam exterius prolatus sermo est sermo: maxime enim de illo hoc prædicatur. Quamvis exteris philosophis alius videatur sermo conceptus in mente quem cogitationem vocant, alius vero exterius expressus; in veritate unus est, unigenitum Verbum repræsentans, primum in mente B conceptus et latens intus et pluribus ignotus, deinde concretus, et tum sonis, tum litteris manifestatus sonat exterius, et pingit Verbi in humanis vitam quod posterius Deus Verbum in carne apparuit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ζ'.

Εἰσὶν ἕτερα συστήματα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω ὑδάτων παρὰ τὰ κάτω; καὶ πῶς ἵστανται;

Εἰς τὴν ἑβδόμην δὲ ἐρώτησιν ταῦτα· Ὕδατα ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν πιστεύεται εἶναι τοῖς ἁγίοις. Καὶ περὶ τούτου φιλοσοφοῦσι στέργοντες τὰ τῆς Γραφῆς οἱ ἱεροὶ Πατέρες ἡμῶν Βασίλειος καὶ Χρυσόστομος, οἷς ἔπεσθαι ὑπὲρ πᾶν ἄλλο ἀναγκαῖον. Τινὲς δὲ καὶ ὕδατα ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τὰς ἀγγελικὰς νοοῦσι δυνάμεις, ὡς Πνεύματι κινουμένας ἁγίῳ, καὶ ὡς πλήρεις ἁγίου Πνεύματος, ὅτι καὶ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα καλεῖται τὸ ἅγιον. Ἁπλοῦν μὲν δν καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἕν, ὥς φησι Παῦλος, ἑκάστῳ δὲ διαιροῦν C τὰ χαρίσματα, ὡς καὶ τὸ ὕδωρ ὑπάρχον ἓν, ἑκάστῳ τῶν φυτῶν, καὶ ἑκάστῃ τῶν βοτανῶν ἰδίαν παρέχει κατὰ τὴν φύσιν τὴν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν. Καὶ περὶ τούτου οὕτω σοφῶς ὁ μέγας φησὶ Μάξιμος· Ἕτεροι δὲ τὸ διὰ τῶν νεφελῶν ὕδωρ λέγουσιν· ἐπεὶ καὶ ὁ ἀὴρ οὐρανὸς ὀνομάζεται παρὰ τῇ Γραφῇ. Τὰ πετεινὰ γάρ φησι τοῦ οὐρανοῦ. Ὅμως ὕδωρ εἶναι ἐπάνω τοῦ στερεώματος, ὡς γεγραμμένον πιστευτέον. Οἶδε γὰρ ὁ πάντα πεποιηκὼς τίνι τρόπῳ τοῦτο ἐκεῖσε τέθεικε.

QUÆSTIO VII.

Num præter inferiores aquas sint alia systemata aquarum supracœlestium, et quomodo illæ subsistant?

Hæc ad septimam quæstionem: Opinantur sancti aquas esse desuper cœlorum: quo de argumento Scripturæ sacræ assentiunt disputantes e sanctis nostris Patribus Basilius et Chrysostomus, quibus videtur necesse aquas esse super omne aliud. Quidam aquas quæ sunt desuper cœlorum angelicas autumant esse virtutes, quia a sancto Spiritu moventur et quia Spiritu eodem sunt plenæ, et quia insuper aqua dicitur Spiritus sanctus. Spiritus quidem sanctus simplex et unus, C ut loquitur Paulus, distribuens charismata singulis, sicut et aqua quæ una quidem est, et singulis arborum et herbarum propriam distribuit secundum naturam uniuscujusque vim et energiam: et de hoc sic loquitur sapienter Maximus magnus: Alii dicunt aquam esse ex nubibus, cum et aer cœlum appellatur a Scriptura, quæ dicit de avibus quia sunt volatilia cœli. Similiter et credere oportet aquam esse super firmamentum, sicut scriptum est. Viditque qui fecit omnia qua forma aquas illic stare fecit.

330 ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η'.

Διατί παραλαμβάνουσιν οἱ ἄθεοι τοσαύτας μυριάδας πιστῶν τε καὶ νηπίων, καὶ ἐν τοσούτοις D τοῖς χρόνοις· τὰ βρέφη δὲ μᾶλλον βεβαπτισμένα, καὶ μηδὲν γινώσκοντα, οὐκ ἔμελλε τούτων τις εἶναι εἰς ἀποδοχὴν Θεοῦ; καὶ διατί ἅπαντες παραδίδονται;

QUÆSTIO VIII.

Quare athei (Muhammedani) tot myriades fidelium et infantium et tam longo jam tempore, puerosque maxime baptizatos et omnium rerum ignaros rapiunt? Num Deus nullius ex his rationem habet, et quare universi sic traduntur?

Πρὸς δὲ τὴν ὀγδόην ἐρώτησιν λεκτέον· Οὐδὲν μὲν δίχα τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, οὐδὲ γεγονός τι παρὰ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ· οὐ πάντα δὲ κατὰ θέλησιν καὶ εὐδοκίαν αὐτοῦ. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως· ἦδει γὰρ αὐτὴν γεγονέναι· καὶ τὸ ξύλον τῆς γνώσεως αὐτὸς ὁ φυτεύσας ἦν, ἀλλ' οὐχ ἵνα ὁ Ἀδὰμ παραβῇ, ἀλλ' ἵνα, κατὰ καιρὸν αὐτοῦ μεταλαβὼν, ὠφεληθῇ πλέον, πρῶτον ἑαυτοῦ τὴν ὑπακοὴν

Ad octavam quæstionem dicendum. Neque enim sine Dei præscientia, neque præter ejus cognitionem quidquam evenit: neque omnia secundum ejus beneplacitum et benevolentiam. Quod evidenter constat per culpam Adæ: sciebat enim illam perpetratam esse: et lignum scientiæ plantaverat ipse, non quidem ut Adam reus fieret, sed ut opportune et commode de fructibus ejus sumens ma-

Digitized by Google

gis proficeret, suam imprimis obedientiam ostendens. Et plantatum erat lignum vitæ, cujus si fructus manducaret tempestive, immortalis maneret: non enim in vanum erat plantatum lignum vitæ. Cum autem fecerit hominem rationabilem, omnis qui rationem habet est liber, et qui liber est movetur voluntate, ita ut, si bene et feliciter gessisset juste approbaretur remuneratus, si vero peccasset, puniretur. Propterea insuper data sunt ei cum ratione intelligentia et consilium et præcipue interdictio et lex Dei, ut non caderet: minime ergo causa est Deus lapsus Adami, sed totum attribuendum est ipsius negligentiæ et legum contemptui. Et si quodammodo illusio aut fallacia Mali hujus occasio potuit esse, sed potius incuria et improvidum male cauti consilium; quid enim potuisset creaturæ mala suasio contra desiderium Dei, si vigilans fuisset Adam, et in seipsum custodiendo firmissimus, ut oportebat. Sed neque diabolum creavit Deus, qui fecit angelum bonum: et ille diabolus est effectus, ultro conversus ad malitiam, et anti-deus factus, sed simul infirmus exsistens, ut creatura sciens Deum esse creatorem; attamen apud Adamum, Dei quoque creaturam, Deum ipsum calumniavit, ut invidum eum introducens, qui Adamum vellet ab esu fructuum ligni præpedire, timens ne, si manducaret, ut Deus futurus foret. Indeque Satan factus, et appellatus est: quod est apostata. Et hæc satis ad solutionem totius hujus quæstionis.

A ἐνδειξάμενος. Καὶ ξύλον δὲ ἦν πεφυτευμένον ζωῆς, ὡς ἂν μεταλαβὼν ἐν καιρῷ ἀθάνατος μείνῃ· οὐ γὰρ εἰς μάτην τὸ ξύλον τῆς ζωῆς πεφύτευται. Ἐπεὶ οὖν λογικὸν τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε, πᾶν δὲ λογικὸν αὐτεξούσιον, αὐτεξουσίου δὲ τὸ κινεῖσθαι θηλητικῶς, ὡς ἂν ἡ κατορθοῦν ἐπαινῆται δικαίως, ἢ ἁμαρτάνον κολάζηται, καὶ γνῶσις δὲ τῷ λογικῷ καὶ σοφία δέδοται, καὶ παραγγελία ἐξαιρέτως καὶ νόμος Θεοῦ πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν· οὐκ ἄρα Θεὸς αἴτιος τοῦ περιπεσεῖν τὸν Ἀδάμ, ἀλλὰ τῆς ἀμελείας· τοῦτο καὶ καταφρονήσεως τοῦ Ἀδάμ. Εἰ δὲ καὶ ἡ πλάνη τοῦ πονηροῦ πρόξενος τούτου γέγονεν, ἀπροσεξίας καὶ τοῦτο καὶ ἀφυλάκτου τῆς προαιρέσεως. Οὐ γὰρ ἂν ἴσχυε κτίσματος πονηρὰ συμβουλὴ κατὰ τῆς θείας βουλῆς, εἰ γρηγορῶν ἦν ὁ Ἀδάμ, καὶ ἑαυτὸν φυλάσσων, καθὼς B ἐτάχθη. Ἀλλ' οὐδὲ διάβολον ὁ Θεὸς ἔκτισεν, ἄγγελον δὲ ἀγαθὸν, οὗτος δὲ διάβολος γέγονε, προαιρέσει πρὸς τὴν κακίαν τραπείς, καὶ ἀντίθεος γεγονὼς, καὶ ἀσθενὴς ὤν· κτίσμα γὰρ καὶ τοῦτο εἰδὼς τὸν Θεὸν τὸν κτίσαντα, αὐτὸς τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ πρὸς ἕτερον τὸν Ἀδάμ, τὸν Θεὸν αὐτὸν διαβαλὼν, ὡς φθονερὸν αὐτὸν εἰσάγων, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου φαγεῖν τὸν Ἀδὰμ κωλύοντα, εἰδότα ὡς εἰ φάγεται ἀπ' αὐτοῦ ὡς Θεὸς γενήσεται. Διὸ Σατὰν γεγονὼς, καὶ ὠνομάσθη, ὅ ἐστιν ἀποστάτης. Ταῦτα ἱκανὰ πρὸς τὴν λύσιν παντὸς τοῦ ζητήματος.

QUÆSTIO IX.

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ'.

Num Deus causa sit transgressionis Adami et incredulitatis gentium, siquidem inviti traduntur. Ac si non sit causa Deus, quomodo puniantur qui traduntur inviti?

Ἆρα αἴτιος ὁ Θεὸς τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς ἀπιστίας τῶν ἐθνῶν, ἐπειδὴ ἄκοντες παραδίδονται; εἰ δὲ οὐκ αἴτιος, πῶς κολάζονται οὗτοι, παραδιδόμενοι ἄκοντες;

Ad nonam quæstionem hæc: Primo quidem gentes istæ non sunt factæ, ut sint infideles, sed habeant fidem: propter hoc a principio omnia facta sunt, et in fine super omnia Dei Verbum incarnatum, ejusque salutaris prædicatio in omnem terram diffusa est, ut nullus haberet excusationem. « Numquid enim non audierunt? dixit Paulus; et quidem in omnem terram exivit sonus eorum [1]. » Et evidens est quot ex omnibus gentibus crediderunt et manserunt credentes, et quomodo qui ex gentibus non crediderunt propter hoc condemnati sunt, cum præsertim mysteria Dei in medio gentium splenduerint, et in gentibus sint loca in quibus corpore habitavit et in quibus incarnatus et passus est ipse volens. Sed ipsi mali unanimiter negant Verbi vitam inter homines, et passionem, et resurrectionem, et divinitatem, et incarnationem. Idcirco cum dæmonibus pœnam luunt, quia eorum sunt servi et complices ministri; et sicut diabolus homicida est et contra Deum blasphemator, et illi similiter. Deus quoque optime novit mundum a dæmonibus contra nos moveri; sed illis spretis et quantumvis contra molientibus, veri, legitimi et illustres servi Dei generantur, quo-

Πρὸς δὲ τὴν ἐννάτην ταῦτα· Πρῶτον μὲν αὐτὰ τὰ ἔθνη, οὐχ ἵνα ἄπιστα ὦσι γεγένηνται, ἀλλ' ἵνα ὦσι πιστά, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐξ ἀρχῆς πάντα γέγονε. Καὶ τέλος ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπὲρ ἁπάντων οἰκονομία, καὶ τὸ σωτήριον τούτου κήρυγμα εἰς τὴν οἰκουμένην ἐξήπλωται, ἵνα μή τις ἀπολογίαν ἔχῃ. « Μὴ γὰρ οὐκ ἤκουσαν; φησὶ Παῦλος, μενοῦν γε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. » Καὶ δῆλον ὡς ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν πεπιστεύκασι, καὶ μένουσι δὲ πιστοὶ, ὥστε τὰ ἄπιστα ἔθνη ἐκ τούτου κατάκριτα. Καὶ D μᾶλλον ὅτι τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια κηρύττεται μέσον αὐτῶν, καὶ οἱ τόποι ἐν αὐτοῖς, ἐν οἷς σωματικῶς πεπολίτευται καὶ πέπονθεν ἑκουσίως ὁ σαρκωθείς. Αὐτοὶ δὲ καὶ τὸ ἀνθρωπῆσαι καὶ τὸ παθεῖν καὶ ἀναστῆναι καὶ τὸ Θεὸν εἶναι καὶ σαρκωθῆναι, ἀθετοῦσι καθάπαξ οἱ δεῖλαιοι. Διὸ καὶ μετὰ τῶν δαιμόνων οὗτοί γε κολασθήσονται, ὅτι καὶ τούτων εἰσὶν ὑπουργοί τε καὶ συνεργοί. Καὶ ὡς ἀνθρωποκτόνος ἐκεῖνος καὶ κατὰ Θεοῦ βλασφημῶν, καὶ οὗτοι. Καὶ τὸ μὲν κινεῖσθαι τοῦτο καθ' ἡμῶν ὑπὸ τῶν δαιμόνων τὸ ἔθνος, γινώσκων ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐ κωλύει δὲ, ἵνα οἱ γνήσιοι τούτου δοῦλοι φανεροὶ γένωνται, καὶ οἱ κατωρθωκότες ἀναφανῶσιν, ὡς καὶ ὁ Ἄβελ καὶ Σὴθ, μόνοι ἐν τῇ γενεᾷ Κάϊν. Καὶ Νῶε μόνος σὺν τῇ οἰ-

[1] Rom. x, 18.

Digitized by Google

κίᾳ, ἐν τῇ γενεᾷ πάσῃ αὐτοῦ, ἧτις καὶ κατακλυσμῷ ἐξωλόθρευται, ἐν ᾗ πάντως γενεᾷ τῇ φθαρείσῃ, καὶ νήπια μυριάδες, **331** πάντα καὶ αὐτὰ κατὰ τοὺς Πατέρας μέλλοντα ζῆσαι. Καὶ ὡς Ἀβραὰμ ἐν Χαλδαίοις καὶ πάσῃ γῇ πλὴν Μελχισεδὲκ καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ, εἴπερ καὶ ἄλλοι κατ' αὐτόν· καὶ ὡς Λὼτ ἐν Σοδόμοις, καὶ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων μόνον ἐν γῇ, καὶ αὐτὸ πλεῖστα πολλάκις σφαλλόμενον. Τίς οὖν ἄρα ὁ αἴτιος τῆς ἀσεβείας τοῖς ἀσεβοῦσι; Θεός; Ὑπὲρ πᾶσαν τοῦτο ἀσέβειαν εἴ τις ἐρεῖ καὶ βλασφημίαν. Δῆλον γὰρ ὡς κολάζει τοὺς ἀσεβεῖς. Διατί οὖν τιμᾷ μὲν δικαίους, καὶ τούτων κήδεται, τιμωρεῖται δὲ δυσσεβοῦντας καὶ ἀποστρέφεται; Πάντως ὡς τοὺς εὐσεβεῖς μὲν ἀποδεχόμενος, τοὺς ἀσεβεῖς δὲ ἀποστρεφόμενος, ἐπεὶ οὐδὲ ἀφίησί τι τῶν πρὸς σωτηρίαν μὴ ἐνεργεῖν, ὥστε ἐπιγνῶναι αὐτόν· καὶ τὸν κόσμον γὰρ δι' ἡμᾶς ἐποίησέ τε καὶ διοικεῖ, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔμφυτα ἔθηκεν ἐν ἡμῖν, καὶ δούλους ἀπέστειλεν αὐτοῦ τὸ αὐτοῦ κηρύττοντας θέλημα· καὶ νόμον ἔθετο θεῖον, καὶ προφήτας ἔδειξε, καὶ τέλος αὐτὸς ἦλθε δι' ἑαυτοῦ· καὶ μαθητῶν χορὸν ἐξελέξατο, καὶ εἰς τὸν κόσμον κηρύσσειν ἐξέπεμψε, καὶ θαύματα κατειργάσατο, ἅτινα δὴ καὶ μέχρι νῦν ἐνεργεῖται. Καὶ πρῶτον μὲν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κηρυττομένου παντὶ τῷ κόσμῳ, ἔπειτα διὰ τῆς Παρθενίας αὐτοῦ πολιτευομένης ἐν γῇ· εἶτα διὰ τῆς τοῦ κόσμου φυγῆς, παρὰ πολλῶν ἄχρι τοῦ νῦν πραττομένης, καὶ ἔτι διὰ τῆς μονογαμίας καὶ σωφροσύνης τῶν κατὰ κόσμον ὀρθοδόξων πιστῶν αὐτοῦ, ἔπειτα διὰ τῆς κακοπαθείας τῆς σαρκὸς, ἐν πολλοῖς τῶν δούλων αὐτοῦ ἐνεργουμένης ἑκουσίως τῇ ἀσκήσει καὶ ἀναχωρήσει τῶν κοσμικῶν, ὡς αὐτὸς διετάξατο, καὶ διὰ τῶν ἀποθνησκόντων ἄχρι τοῦ νῦν καὶ διωκομένων ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας καὶ τοῦ ὑπὲρ τῆς πίστεως ζήλου. Καὶ δι' αὐτῶν δὲ τῶν ἱερῶν τόπων, ἐν οἷς τὰ ὑπὲρ ἡμῶν ἐνήργησε, τὸ θαυμαστὸν καθορᾶται, ὑπὸ τῶν βλασφημούντων αὐτὸν ἀθέων τὰ ἐκεῖσε ἀρχόντων μὴ ἀφανιζομένων, συνισταμένων δὲ μᾶλλον ἁγίων ἐν αὐτοῖς οἴκων, καὶ τῷ τοῦ Σωτῆρος ὀνόματι τιμωμένων, καὶ ἁπλῶς δι' ἑτέρων ἀναριθμήτων θαυμάτων, τῶν τε ἐν ἁγίοις ναοῖς, ἐν ἁγίοις ὕδασιν, ἐν ἁγίαις εἰκόσιν, ἐν ἱεροῖς λειψάνοις ἐνεργουμένων, καὶ διὰ τοῦ μένειν αὐτὰ εὐῶδη καὶ ἀσινῆ, ἔτι τε διὰ τοῦ μυστηρίου τῆς χάριτος τοῦ λύειν τε καὶ δεσμεῖν, καὶ διὰ τοῦ μένειν διωκομένην τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ μέσον οὖσαν τῶν ἐθνῶν μισουμένην καὶ θλιβομένην κατὰ τὴν προαγόρευσιν τῶν θείων λόγων αὐτοῦ, δι' ὧν καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ὡς ἔφη, ἐλπίζομεν. Τὸ μεῖζον δέ γε, ὅτι καὶ χωρὶς μαχαίρας, χωρίς τε στρατευμάτων, καὶ χωρὶς βασιλέων στρατευομένων ὑπὲρ αὐτοῦ, δι' ἁλιέων καὶ πενήτων, διωκομένων, ἀποθνησκόντων, ἰδιωτῶν, ἀγραμμάτων, λοιδορουμένων καὶ καταφρονουμένων δι' αὐτὸν, πάντας νικῆσαι, καὶ τὰ μεγάλα κατορθωκέναι. Ἀλλὰ καὶ τὸ μένειν αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν δίχα κοσμικῆς νῦν ἐξουσίας, διωκομένην παρ' ἐχθρῶν, ὅπερ καὶ τοῖς πολλοῖς ἂν νομισθείη ἀσθένεια, δύναμις αὐτοῦ μᾶλλον καὶ κράτος ἔσται σαφῶς. Ἵνα μὴ καυχήσηται (Παῦλός φησι)

A rum recta et pia manifestatur vita, ut fuerunt Abel et Sem, soli in generatione Cain, et Noe solus cum sua domo in omni ejus generatione quæ et diluvio consumpta est : et in illa omnino corrupta generatione erant quoque infantes, et insuper omnes, ut notant Patres, qui modo ingressuri erant ad vitam ; et Abraham in Chaldæis et in tota terra, præter Melchisedech, illi similes, alii enim dicuntur secundum exemplum ejus vixisse ; et sicut Lot in Sodomis, et Joseph in Ægypto, et populus Israel solus inter populos terræ qui tamen et multum et sæpe deliquit. Quis ergo impiis causa est impietatis ? Deus ? Hoc si quis dixerit, super omnem impietatem et blasphemiam. Evidens enim est quantum

B punit impios. Quare ergo honorat justos et de illis curat, dum castigat et ejicit impios ? Omnino sicut pios glorificat et impios elongat : cum quidem nihil non fecerit propter salutem nostram et ut cognosceretur ; et orbem universum condidit propter nos et gubernat ; et in nobis posuit semina virtutis ; et misit servos suos qui nobis annuntient ejus voluntatem ; et legem statuit divinam ; et prophetas misit ; et denique ipse venit ; et discipulorum chorum elegit quos misit in universum mundum prædicaturos ; et miracula fecit quæ quidem et usque nunc operatur. Quorum primum fuit ut prædicaretur nomen ejus in toto orbe terrarum ; deinde ut per virginitatem ejus alliceretur et quasi gubernaretur terra ; deinde ut mundus desereretur

C et a multis etiam nunc deseratur ; et ut credentes in eum de mundo didicerint et approbaverint monogamiam et castitatem. Deinde ut servorum ejus permulti amplexi sint mortificationem heroicam carnis sponte sua per contemplationem et anachoreticam aversionem a mundanis, sicut exemplo igne docuerat, et ut multi mortem subierint et exsilium usque nunc in testimonium ejus et zelo fidei : et ut in locis sanctis ubi propter nos laboravit perpetuum conspiciatur miraculum quod blasphemiis atheorum non obscurata et præcisa sint quæ inibi principium habuerunt, sed potius stabilitæ sint in illis sanctorum domus et eorum

D qui Salvatoris nomen glorificant. Uno verbo innumera alia patrata sunt miracula in sanctis templis, in sanctis aquis, in sanctis imaginibus, in sanctis reliquiis quæ manebant plene incorruptæ et suavissimum efflabant odorem. Et insuper in mysterio gratiæ quæ solvit et ligat ; in eo quod manet Ecclesia proscripta et quasi exsulans in medio gentium quæ eam oderunt et conculcant, ut adimpleantur sermones ejus divini quibus etiam sperare jubemur regnum ejus. Illud autem maxime stupendum quod absque machæra, absque exercitibus, et absque regibus pro illo pugnantibus per piscatores miseros, ejectos, occisos, ignorantes, diffamatos et contemptos propter ipsum, omnes vincere et magna dirigere potuit. Dum autem Ecclesia ejus omni manet mundana substantia et potestate destituta, ab inimicis repulsa et ejecta ; quod a

Digitized by Google

multis judicaretur infirmitas, ejus potius erit virtus et robur evidenter. « Ut non glorificetur, ait Paulus, omnis caro in conspectu Dei [8]. » Et iterum : « Virtus autem mea in infirmitate perficitur [9]. » Et sicut prius a regibus ejecta Ecclesia Dei regnorum superavit potentiam, ita et nunne per pietatem refecta regali infirmitate, Ecclesia eadem iterum manet inter gentes et firmiter statuitur : pressuris et passionibus antecedentibus splendor ejus magis acuitur et hæc clarius relucet. Sed aliquis forte dicat : Potentiori permittebatur humiliare piorum regnum et virtutem ? Minime refero. Quomodo enim ? Deus ipsum dilexit, ipsam posuit et auxit, et prædixit illum esse mansurum usque in finem sæculorum, juxta Paulum, dicens : « Non veniet filius iniquitatis, nisi resistens pereat. » Pia certe Romana potestas, et tamen prona abivit in ignominiam et dejectionem per scelera, et contemnendo divina præcepta regis omnium Jesu Christi. Superbia et præsumptione prolapsa est in insolentiam et dissolutionem, et in spurcitias gentium et in injustas actiones, pauperum bona sibi ut propria rapiendo ascivit, contra eos prælia non dubitavit interserere, et Ecclesiæ filios ostentui habuit : hoc igitur omnibus fere devotis accidit conjuratione dæmonis, et ita factum est ut Paulus innuit dicens : « In novissimis diebus... erunt homines seipsos amantes,... voluptatum amatores, ... incontinentes, » etc., et denique in fine : « Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes [10]. Nonne hoc similiter hodie, frater ? Quis inter credentes ut verus et perfectus Christi servus vitæ tenorem instituit ? Quis Christianam vitam agit ? Quis pontificatum adeptus irreprehensibilem se custodit pontificem ? Ubi zelantes episcopi ? Ubi scientia doctorum ? Ubi immaculata vita ? Quis sacerdos sacerdotii munera inoffensa servat ? Quis monachus intemeratam monachi professionem agit ? Nonne omnes simul inutiles facti sumus ? Quis igitur pretio perpendit nativitatis gratiam ? Ad quid deinde ædificata sunt templa ? Ad quid monasteria ? Nonne ut sint officinæ salutis ? Nunc autem, ut dixit Christus, domos Dei fecimus speluncas latronum : et monachi et sacerdotes invadimus sancta : impure et arbitrio nostro vivimus ; parentibus et amicis et proximis nostris quæ Dei sunt perperam effuseque impendimus, scelestius ita peccantes quam infideles qui disperdunt sancta, cum ut fideles Dei rerum administri facti simus. Idcirco multo minus ira Dei incenditur in gentes quæ fide carentes sancta despiciunt, quam in nos qui fidem habemus. Non ergo sciscitetur quis quomodo ab impiis contumeliose tractentur res sacræ aut quomodo sancti fideles ab infidelibus exagitentur ; sed potius miretur quomodo adhuc subsistamus in terra tantam Dei contemptionem ostendentes. Quare enim imprimis

πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Καὶ ὥσπερ διωκομένη πρὶν ὑπὸ βασιλέων ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ τὴν βασιλείαν μᾶλλον ἑαυτῇ καθυπέταξεν, οὕτω καὶ νῦν τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας ἀσθενοῦς γενομένης, ἡ Ἐκκλησία πάλιν μέσον τῶν ἐθνῶν μένει τε καὶ συνίσταται, θλιβομένη καὶ πάσχουσα, καθὼς πρόσθεν αὐτὸς, λαμπρύνεται μᾶλλον. Καὶ ἐρεῖ τις ἴσως, Λοιπὸν χρεῖσσον ἦν τὸ ταπεινωθῆναι τὴν τῶν εὐσεβῶν βασιλείαν ; Οὐδαμῶς εἴποιμι. Πῶς γάρ ; ἐπεὶ Θεὸς ταύτην ἠγάπησε, καὶ συστησάμενος ηὔξανε, καὶ διὰ Παύλου μέχρι τέλους αἰῶνος μένειν προέφησεν, « Οὐ μὴ ἔλθοι, λέγων, ὁ υἱὸς τῆς ἀνομίας, εἰ μὴ ὁ κατέχων ἐκ μέσου γένηται. » Ἡ Ῥωμαϊκὴ βασιλεία, ἡ εὐσεβὴς δηλαδὴ, ἡ καὶ συνεχωρήθη ταπεινωθῆναι διὰ τὰς ἁμαρτίας, καὶ τὸ μὴ συντηρεῖν τὰ τοῦ βασιλέως τῶν ὅλων Ἰησοῦ Χριστοῦ θεῖα θελήματα, ὑπερηφανίᾳ δὲ καὶ οἰήσει καταπεσεῖν, καὶ τρυφαῖς καὶ ἀνέσεσιν, ἀκαθαρσίαις τε ἐθνικαῖς, καὶ ἀδίκοις ἔργοις, καὶ τὰ τῶν 332 πενήτων οἰκειοῦσθαι ὡς ἴδια, καὶ κατ' αὐτῶν ὁμόσε χωρεῖν, καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας περιφρονεῖν. Τοῦτο οὖν καὶ τοῖς εὐσεβέσι σχεδὸν ἅπασι γέγονεν ἐπιθέσει τοῦ πονηροῦ, καὶ οὕτω συνίβη, καθὼς ὁ Παῦλός φησι λέγων· « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἔσονται οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλήδονοι, ἀκρατεῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τέλος, « μόρφωσιν ἔχοντες εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. » Οὐ τοῦτο σήμερον, ἀδελφέ ; Τίς τῶν πιστῶν ἄρτι ὡς τοῦ Χριστοῦ δοῦλος γνήσιος πολιτεύεται ; τίς τὴν Χριστιανικὴν ζωὴν ζῇ ; τίς τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀμεμπτα συντηρεῖ τῶν ἀρχιερέων ; ποῦ ὁ ζῆλος τῶν ἐπισκόπων ; πῦ ἡ διδασκαλία τῶν διδασκάλων ; ποῦ ἡ καθαρότης τοῦ βίου ; τίς ἱερεὺς τὰ τῆς ἱερωσύνης φυλάττει ἀλύβητα ; τίς μοναχὸς τὰ τοῦ μοναχοῦ ; οὐ πάντες ὁμοῦ ἠχρειώθημεν ; τίς οὖν ἄρα θαυμάσοι τῶν γινομένων τὴν χάριν ; διατί δὲ συνέστησαν οἱ ναοί ; διατί αἱ μοναί ; οὐχ ἵνα ἐργαστήρια σωτηρίας ὦσι ; Νῦν δὲ, ὡς ἔφη Χριστὸς, τοὺς θείους οἴκους αὐτοῦ σπήλαια ποιοῦμεν λῃστῶν· ἁρπάζομεν τὰ ἱερὰ οἱ μοναχοί τε καὶ ἱερεῖς, ἀκαθάρτως ζῶμεν, ἰδιορρύθμως· τῶν προσευχῶν ἀμελοῦμεν, τοῖς συγγενέσι καὶ τοῖς φιλουμένοις καὶ προσκειμένοις ἡμῖν τὰ τοῦ Θεοῦ πονηρῶς ἀναλίσκομεν, πλεῖον ἁμαρτάνοντες τῶν ἀπίστων ῥιπτόντων τὰ ἅγια, ὡς πιστοὶ ὄντες περὶ τὰ θεῖα περιφρονητικῶς διακείμενοι. Διὸ καὶ οὐ τοσοῦτον τὸ Θεῖον ὀργίζεται παρὰ τῶν ἐθνῶν περιφρονούντων τὰ ἅγια, ἀπίστων ὄντων, ἢ παρ' ἡμῶν τῶν πιστῶν. Μὴ διαπορείτω τοίνυν τις, πῶς ὑπ' ἀσεβῶν τὰ ἅγια καθυβρίζεται, ἢ πῶς οἱ πιστοὶ διώκονται παρ' ἀπίστων· ἀλλὰ θαυμαζέτω πῶς ὅλως μένομεν ἐπὶ γῆς, τοσοῦτον περιφρονηταὶ Θεοῦ δεδειγμένοι. Διατί δὲ μᾶλλον καὶ τὰ παλαιὰ εἰς προνομὴν οὕτω δέδοται, τὰ ποτὲ θείῳ πνεύματι δεδομένα τῷ Μωϋσῇ, οὐ διὰ τὸ περιφρονητὰς τοῦ Θεοῦ γενέσθαι τοὺς υἱοὺς τοῦ Ἰσραήλ ; Εἰ οὖν δι' ἐκεῖνα τοσοῦτος ζῆλος Θεοῦ, δι' ἀγγέλου τε δειχθέντα καὶ διὰ δούλου δοθέντα, πόσῳ γε μᾶλλον ἔσται ζῆλος

[8] I Cor. I, 29. [9] II Cor. XII, 9. [10] II Tim. III, 1-5, 5.

Digitized by Google

τῷ θεῷ, διὰ τὰ πεπραγμένα παρὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ λόγου. Καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ Παῦλος λέγων, Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει, πόσῳ δοκεῖτε μείζονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας; καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐνυβρίσας. Διὸ εἰ καὶ θαυμαστὸν τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ὅμως ἀληθὲς, ὡς ἧττον ἡγεῖται Θεὸς παρ' ἀσεβῶν ἀτιμάζεσθαι τὰ αὐτοῦ, ἢ παρὰ τῶν δοκούντων αὐτοῦ. Τίνα δὲ καὶ ἀπολογίαν ἕξουσιν οἱ μέσον τῶν ἐθνῶν πιστοὶ ἀσεβοῦντες; ποῖον ἄρτι μαρτύριον; τίς διωγμός; ποῖαι κολάσεις; ἐν αἷς ποτε μᾶλλον οἱ ἅγιοι ἐνευφραινόμενοι ἦσαν; καὶ οὕτως ἀποθνήσκοντες; μᾶλλον ἐπληθύνοντο. Τί πάσχεις; ὅτι δοῦλος ἐτάχθη; ὅτι τέλη παρέχεις; ὅτι τῶν περιφρονουμένων εἶ; Καὶ τί τοῦτο; Ἕκαστον ἔθνος καὶ ταπεινοὺς ἔχει, καὶ δούλους κέκτηται. Καὶ ὑπηρέτας; ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῖς τούτου ἕνεκα. Εἰ δὲ σὺ ὁ πιστὸς διὰ Χριστὸν φέρεις τοῦτο καὶ μόνον, οὐκ ἄμισθον ἔστσι σοι. Καὶ οὐδὲ τοῦτο κἂν φέρεις; καὶ πῶς δοῦλος ἔσῃ Χριστοῦ; ὃς διὰ σὲ πάντα καὶ θάνατον ἤνεγκε; Διὰ ταῦτα οὐκ ἀπολογίαν ἕξουσιν οἱ πιστοὶ διωκόμενοι, εἰ ἀσεβοῦσιν ὡς φασι, κατ' ἀνάγκην. Ἀποστάται γάρ εἰσι. Οὐδὲ οἱ λαμβανόμενοι ἔτι νήπια· ἔμελλον γὰρ ὅμοιοι τοῖς πατράσιν εἶναι. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν εἰς ἡλικίαν ἐλθόντων, ὅτι γνῶσιν ἔχοντες τὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐφύλαξαν, ὡς τῆς σαρκὸς ὄντες ὅλοι, καὶ μηδενὸς τῶν τοῦ Θεοῦ λόγον ὅλως ποιούμενοι. Ταῦτα οἶμαι ὡς ἀληθῆ, καὶ ὅτι τῶν παραπιπτόντων οὐχ ὁ Θεὸς αἴτιος, ἀλλ' ἡ ῥᾳθυμία καὶ τὸ φιλῆδονεῖν, καὶ φιλοζωεῖν. Ὅμως θαῤῥοῦντας ἡμᾶς τῇ τοῦ Θεοῦ ἀπείρῳ φιλανθρωπίᾳ, χρὴ διδόναι ἐλπίδα τοῖς ἐπιστρέφουσι, καὶ πάντας δέχεσθαι τοὺς ὁπωσοῦν μετανοοῦντας, οὐ μὴν τοὺς μηδόλως μετανοοῦντας· διακρίσει δὲ χρῆσθαι ἀγαθῇ καὶ περὶ τῶν ἐπιστρεφόντων, ἣν οἱ ἅγιοι διετάξαντο. Καὶ ἄλλως **333** μὲν ἐξοικονομεῖν τοὺς δίχα βασάνων καὶ διωγμοῦ, δι' ἔρωτα χρημάτων ἢ δόξαν ἢ ἡδονὴν γεγενημένους νεκρούς· οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ μετὰ τοῦ ἠγαπημένου, τοὺς ὧν Θεὸν ἀθετήσαντας, ὡς πρὸς θάνατον ἁμαρτήσαντας. Ἑτέρως δὲ πάλιν τοὺς διωγμῷ καὶ βασάνοις ἢ ἀπειλαῖς καὶ ἐπηρείαις τισὶν· ἑτέρως δ' αὖ τοὺς νήπια καὶ βρέφη ἁρπαγέντας. Ἐξ ὧν καὶ τὰ τεθνηκότα μήπω εἰς γνῶσιν ἐλθόντα καλοῦ ὅλως ἢ πονηροῦ, ἢ βάπτισμα μόνον ἔσχον, ἐλεηθῆναι θαῤῥῶν εἰμι. Πάντες δὲ οἵ τε ἐκ προγόνων ἄπιστοι οὕτω μένοντες, μετὰ δαιμόνων δικαίως κατακριθήσονται, καὶ οἱ ἐκ πιστῶν ὄντες, καὶ τὴν πίστιν οἱῳδήτινι τρόπῳ ἀπαρνησάμενοι, εἰ μένουσιν ἄπιστοι· ὅτι οὐκ ἔστι λόγος αὐτοῖς, τοῦ θείου κηρύγματος ἐν τῷ κόσμῳ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμψαντός τε καὶ λάμποντος, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς καὶ οὐρανίου ζωῆς ὑπὲρ τὸ φῶς ἀστραπτούσης. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου ὡς δυνατὸν δι' ὀλίγων. Τοῖς ἁγίοις δὲ Πατράσιν ἡμῶν πλατύτερον εἴρηται. Καὶ πᾶσα περὶ τούτου πλήρης ἁγία Γραφή.

vetera Judæorum sancta in direptionem tradita sunt; hæc maxime quæ olim Moysi data fuerant nonne quia filii Israel Deum contempserunt? Si ergo propter ista quæ angelus ostenderat, quæ servus dederat, tanta æmulatione Deus motus est, quanto magis movebitur propter ea quæ ab unigenito Verbo ejus allata sunt aut facta. Et illud testatur Paulus dicens: « Irritam faciens quis legem Moysis... duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritus gratia contumeliam fecerit? » Quare hoc quamvis mirandum quod dicimus simul attamen verissimum ita ut minus judicet Deus res suas inhonorari ab impiis quam a credentibus in ipsum. Quam enim excusationem habent credentes impie viventes in medio gentium? quid novum proponitur martyrium? quæ persecutio instat? Quæ pœnæ præparantur? In eis sæpe magis gaudebant sancti, et sic morientes magis multiplicati sunt. Quid tantopere doles? quod servus constitutus es? quod tributa tibi imponuntur? quod inter contemptibiles invenīris? Sed quid est hoc? Quæque gens suos habet humiles et pusillos, et servos possidet, et ipsis est fructus obedientiæ causa. Si ergo tu, qui credis, propter Christum talia sustines, non eris sine mercede: sed si non hoc saltem patiaris, quomodo Christi servus esse poteris qui propter enim usque ad mortem toleravit? Propterea excusationem non habebunt fideles qui persecutione premuntur si impie agunt, ut dicunt, necessitate compulsi; sunt enim vere apostatæ. Nec aliter dicendum de his qui a pueritia abducti sunt: similes enim patribus suis futuri erant. Quod saltem evidens est de iis qui jamjam adoleverunt: intelligentiam enim habentes, documenta fidei minime servaverunt, carni acquieverunt, et nihil omnino de Dei Verbo curantes egerunt. Hæc, judicio meo, verissima: et omnino dicendum Deum non esse alicui causam lapsus, sed ignaviam, voluptatum et vitæ amorem. Verumtamen, plene confidentes infinitæ Dei bonitati, ut oportet resipiscentibus, spem excitare debemus, omnesque exspectare et suscipere quoquo modo pœnitentes, sed non eos qui pœnitentiam respuunt. Refert enim optime discernere inter conversos, secundum ordinem a sanctis præscriptum. Etenim qui ea lege agunt ut fugiant labores et tentationes persecutionum propter amorem bonorum, vel gloriæ, vel voluptatum morti se addicunt; mihi enim cum discipulo dilecto fas est dicere eos qui non confitentur Deum peccare ad mortem. Qui e contra passi sunt persecutionem, labores, minas et contumelias, alia mercede donabuntur. Ex pueris et infantulis qui ablati sunt, qui mortui fuerint antequam intelligentiam habuerint, boni vel mali omnino, modo baptisma receperint, misericorditer pieque a Deo recipiendos confido. Omnes autem infideles, sive avita infidelitate teneantur, cum dæmonibus juste condemnabuntur; sive etiam, olim

Digitized by Google

inter fideles conversati fidem quomodocunque negaverint, et maneant infideles pœnam parem luent: quia non est in ipsis verbum divinæ revelationis quod orbi terræ super solem illuxit et nunc splendet, et norma fulgens evangelicæ et cœlestis vitæ quæ super ignem et flammam illuminat et ardet. Et hæc ad quæstionem quam brevissime solvimus. A Patribus sanctis qui plura quæsierit habebit: et de hoc argumento plena est sacra Scriptura.

QUÆSTIO X.

Num indigni sacerdotis sacrificium, et baptismus, et quæcunque agit valida sint necne?

QUÆSTIO XI.

Νηστείαν νηστεύομεν ἣν ὁ Κύριος ἐνήστευσε τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καλουμένην καὶ οὖσαν Τεσσαρακοστήν, εἰς κάθαρσιν ἡμῶν τε καὶ ἱλασμὸν, καὶ ὁπαρχὴν καὶ δεκάτωσιν κατ' ἐνιαυτὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν. Ἤτις ἄρχεται μὲν ἀπὸ δευτέρας ἡμέρας, λήγει δὲ συναπτῶς εἰς Παρασκευὴν, τῶν Κυριακῶν καὶ Σαββάτων εἰσαγομένων. Ἐπεὶ καὶ ἐν τούτοις τὰ τοῦ κανόνος τε ἐνεργοῦμεν, ὅτε τῆς ἡμέρας ἐσθίοντες, καὶ τὰ τῆς νηστείας τηροῦμεν, κρέατός τε καὶ τυροῦ καὶ ἰχθύος ἀπεχόμενοι. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ συναπτῶς ἡμέρας ὁμοῦ καὶ νύκτας νενήστευκε τεσσαράκοντα. Καὶ Κλήμης περὶ τούτου ὁ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ διάδοχος ἐν ταῖς Διατάξεσι γράφει τῶν ἀποστόλων, καὶ οἱ Πατέρες δὲ πάντες παραδεδώκασιν, ὁ θεῖός τε Σάββας, καὶ ὁ **349** ἐκ Δαμασκοῦ Ἰωάννης διὰ τοῦ Ἱεροσολυμητικοῦ τυπικοῦ. Οἱ ὁμολογηταὶ δὲ αὐτάδελφοι, Ἰωσὴφ Θεσσαλονίκης, καὶ Θεόδωρος ὁ Στουδίτης, διὰ τῶν ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τῇ ἁγίᾳ ὕμνων αὐτῶν· καὶ οἱ τὰ ἰδιόμελα δὲ γεγραφότες Πατέρες, τῇ Παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου ψάλλειν ἐνθέμενοι τὴν ψυχωφελῆ πληρώσαντες Τεσσαρακοστὴν, τὴν ἔγερσίν τε τοῦ Λαζάρου, καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν Βαΐων ὡς ἰδίας ἑορτάζοντες ἑορτὰς, καὶ ἔτι τὴν ἁγίαν ἑβδομάδα τῶν τοῦ Κυρίου σωτηρίων παθῶν, ἰδίᾳ παρὰ τὴν νηστείαν ἄγοντες τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν δι' αὐτὰ ἐξαιρέτως τὰ τοῦ Κυρίου ἀγιώτατα πάθη, ἃ ὑπὲρ ἡμῶν ἤνεγκε, τὴν ἀπάθειαν ἡμῖν χορηγῶν. Ὅθεν καὶ πανηγυρίζομεν χαίροντες τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ. Τοῦτο οὖν πάλιν καὶ ἐν ταῖς Διατάξεσιν, ὡς εἴπομεν, γέγραπται, καὶ διὰ τῶν ὕμνων οἱ Πατέρες μαρτυροῦσι καὶ ἡ ἀρχαία παράδοσις. Ἀλλ' οἱ Λατῖνοι καὶ ἐνταῦθα καινοτομοῦσι, τὰς δύο ἡμέρας τῆς ἁγίας νηστείας λύοντες παρὰ τὸν κανόνα, καὶ πᾶσαν ἀχρειοῦντες αὐτήν. Πλὴν οὖν τῶν Κυριακῶν τεσσαράκοντα ἀριθμοῦσιν ἄχρι τοῦ μεγάλου Σαββάτου· οἳ καὶ εὑρίσκονται μηδεμίαν ἡμέραν διὰ τὰ τίμια πάθη τοῦ Κυρίου νηστεύοντες, καθὰ παραδέδοται, οὐδὲ τεσσαρακοστὴν ἄγοντες· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰς Κυριακὰς οὔτε κριάτων, οὔτε τυροῦ ἀπογεύονται. Τινὰς οὖν ἡμεῖς ἐξ αὐτῶν ἐρωτήσαντες, Ποίαν οὖν νηστείαν ὑπὲρ τῶν σωτηρίων παθῶν νηστεύετε; διαπορήσαντας εὕρομεν αὐτούς. Καὶ πάλιν, ἐπειδὴ ἀριθμοῦσι τεσσαράκοντα πλὴν τῶν Κυριακῶν, ἐρωτήσαντες, Διατί τὰς Κυριακὰς ἄνωθεν κατὰ παράδοσιν νηστεύετε; πάλιν ἠπόρησαν. Αὕτη οὖν ἐστιν ἡ νηστεία τοῦ Κυρίου ἡμῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, καὶ ἡ ἑβδομὰς μετ' αὐτὴν τῶν ἁγίων παθῶν αὐτοῦ. Τὴν νηστείαν δὲ οὐκ αὐτὸς χρῄζων τετέλεκε, πῶς γὰρ ὁ μόνος ὢν ἀναμάρτητος; ἀλλὰ δι' ἡμᾶς νενήστευκε. Τοῦτο δὲ πεποίηκεν ἡμῖν παρέχων νηστείας ὑπογραμμὸν, τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἀναιρῶν παράβασιν, καὶ τὸν δι' ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας πεσόντα διὰ νηστείας ἀνορθῶν. Διὸ καὶ τοῖς ἁγίοις ἡ νηστεία ἐσπούδασται εἰς κατάλυσιν τῆς πρώτης ἐκείνης διὰ

Jejunium agimus ad instar Domini per sanctam et magnam, ut vocatur, et vere est, Quadragesimam, in nostram expiationem et propitiationem, et simul quasi in renovationem et decimationem vitæ nostræ per singulos annos. Incipit illa a secunda die hebdomadis (feria secunda) et explicit absolute in Parasceve, includens Dominicas et Sabbata quæ intercedunt. His omnibus diebus ea omnia quæ canonibus præscribuntur facimus : his in die manducamus, et juxta jejunii leges abstinemus a carne, a caseo et a piscibus. Salvator etenim jejunavit quadraginta dies et noctes continuatim sine intermissione, quod testatur Clemens, qui Romæ Petri successor fuit, in constitutionibus apostolorum quas recensuit. Ita et Patres omnes tradiderunt : sanctus nempe Sabbas et Joannes Damascenus in Typico Hierosolymitano. Idem fatentur fratres Joseph Thessalonicensis et Theodorus Studites in hymnis de sancta Quadragesima. Item alii Patres qui cantica particularia scripserunt in Parasceve sancti Lazari, cantantes completam Quadragesimam animæ salutarem, et resurrectionem Lazari cum festo Palmarum singulari solemnitate celebrantes. Post jejunium quadraginta dierum, addimus et unam hebdomadem, quam sanctam vocamus, similiter jejunantes propter salutarem quam pro nobis Dominus sanctissimam passionem pertulit, ut nos in immortalitatem et impassibilitatem introduceret ; unde postea lætantes et exsultantes resurrectionem ejus celebramus. Omnia hæc scripta sunt, ut dicimus, in Constit. apostolicis, et Patres testantur in hymnis suis et vetus traditio. Latini vero et in hoc innovant, duos dies jejunii sacri solventes contra canones, et sic totam Quadragesimam vanam facientes. Numerant autem quadraginta dies, exceptis Dominicis usque ad majus Sabbatum, et sic deprehenduntur ne unam quidem diem jejunantes in honorem pretiosæ passionis Domini, sicut a traditione monemur facere. Non ergo habent Quadragesimam, cum et in Dominicis neque carnes, neque caseum gustant. Quosdam et nos ex illis interrogavimus : Quam jejunii partem exercetis propter salutarem Domini passionem? Hæsitantes invenimus. Et iterum : cum numerent quadraginta dies exceptis Dominicis, interrogavimus : Quare in Dominicis juxta antiquam traditionem jejunatis? Hærent iterum. Hæc igitur est nos sacri jejunii Domini quadraginta dierum ; et hæc est hebdomas major post ipsam consecrata jejunio ad sanctam Passionis ejus memoriam. Ille autem non necesse habuit jejunare : quomodo talis necessitas illi qui solus est absque peccato? sed propter nos jejunavit, ut scilicet nobis præveret sancti jejunii exemplar : ita delevit Adæ prævari-

Digitized by Google

cationem et cum qui intemperantia et gulæ voluptate ceciderat, abstinentia erexit. Idcirco jejuniis strenue vacant sancti viri, ut solvant prioris hujus intemperantiæ maledictum. Prophetæ etiam in hoc satagere videmus, maxime Moysem, Eliam, Danielem et alios plures. Item de apostolis, de pontificibus, et sanctis fidelibus quibus illud opus antiquius erat. Gratia autem inest jejunio ad frangendum desideria ventris, et nobis proponitur in similitudinem jejunii Salvatoris in purificationem et resurrectionem. Idcirco in abstinentia ciborum non erit nobis mors, sed erectio et vitæ Dei immaculatæ participatio, meritorumque jejunii quod in nos exercuit, simulque mortis et resurrectionis; cum ipso enim resurgemus.

A τῆς ἀκρασίας ἀρᾷ, καὶ οἱ προφῆται πρὸς τοῦτο ἀγωνιζόμενοι ὠφθησαν, καὶ μᾶλλον Μωϋσῆς τε καὶ Ἠλιοῦ, καὶ Δανιὴλ, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι· καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις καὶ ἱεράρχαις καὶ ὁσίοις τοῦτο ἐξαίρετον ἔργον ἦν. Τούτου οὖν χάριν εἰς κατάλυσιν τῆς ἐπιθυμίας τῆς γαστρὸς, καὶ ἡμῖν αὕτη δέδοται, εἰς τύπον τῆς σωτηρίου νηστείας, διὰ κάθαρσιν ἡμῶν καὶ ἀνέγερσιν. Διὸ καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς νηστείας οὐχὶ θάνατος ἡμῖν, ἀλλ' ἔγερσις ἔσται, τοῦ ἀναμαρτήτως ζήσαντος καὶ νενηστευκότος ὑπὲρ ἡμῶν θανόντος καὶ ἀναστάντος, καὶ ἡμᾶς συνεγείραντος.

QUÆSTIO LIII.

Quare jejunemus quartam feriam hebdomadis et Parasceven cæteraque jejunia. Et num laicos quoque tantumdem jejunare fas sit?

Jejunium diei quartæ et Parasceve ideo institutum est ut prius revocaret in memoriam consilium a Judæis initum ut Salvatorem dolo tenerent, quod in quarta die factum est; posterius autem significaret finem hujus captivitatis, quod scilicet Jesum ad crucem alligaverunt in die Parasceves, sicut et Adam edens de ligno mortuus est. In Parasceve et hora sexta clavis confixerunt eum, quia Adam de ligno edit. Et mortuus est Salvator hora nona, nam et in paradiso apparuit, et chirographum mortis quod erat contra Adam delevit, illud scilicet: « Terra es, et in terram reverteris, » et mortalis Adam factus est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΓ'.

Διατί νηστεύομεν Τετράδα καὶ Παρασκευὴν, καὶ τὰς ἄλλας νηστείας. Δύναται οἱ λαϊκοὶ τοσαύτας νηστεύειν;

Ἡ Τετρὰς δὲ καὶ Παρασκευὴ διὰ τοῦτο· ἡ μὲν διὰ τὴν συμβουλὴν τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλῆς ἐν Τετράδι γεγενημένης, ἡ δὲ διὰ τὸ τέλος τῆς ἐπιβουλῆς, ὅτι τοῦτον ἐν τῇ Παρασκευῇ ἐσταύρωσαν, ὅτε καὶ τοῦ ξύλου ὁ Ἀδὰμ ἁψάμενος τέθνηκε. Κατὰ τὴν Παρασκευὴν γὰρ καὶ κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν τοῦτον προσήλωσαν, ὅτε τοῦ ξύλου καὶ ὁ Ἀδὰμ ἔψατο. Καὶ τέθνηκεν ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ ἐνάτῃ ὥρᾳ, ὅτε καὶ ἐν τῷ ζειλινῷ ὀφθεὶς αὐτὸς ἐν τῷ παραδείσῳ, κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐξήνεγκε τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν, τὸ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, καὶ νεκρὸς Ἀδὰμ γέγονεν.

B

QUÆSTIO LIV.

Unde jejunium Quadragesimæ et sanctorum apostolorum Deiparæ Virginis, et quis illa primum instituerit? cum sint qui novum illud esse contendunt.

Cætera vero omnia jejunia ab antiquis tradita sunt, ut usus testatur, veteresque Constitutiones, nec Unionis tomus tacuit, qui eorum meminit, et Typicum Hierosolymiticum, quod ut supra diximus, sanctissimum Sabbam, et post eum theologum Damascenum auctores institutoresque agnoscit, quorum alter tempore quartæ œcumenicæ synodi, alter inter sextam et septimam vitam agebat, qui ambo Typicum composuere: nam cum a divino Sabba compositum barbarorum incursione periisset, magnus hic Joannes ab initio illud ut antiquitus erat conscripsit ordinavitque. Suam vero quæque jejuniorum series propriam habet rationem. Primo quidem jejunium quadraginta dierum typum refert jejunii Moysis, qui postquam jejunaverit XL dies et XL noctes accepit sermones et leges Dei in tabulis lapideis scriptas. Nos vero post jejunium XL dierum Verbum vitæ, non scriptum, sed incarnatum et postea natum ex Virgine videmus, accipimus et carnis participamus ejus sanctissimæ. Videsne similitudinem jejunii nostri cum jejunio Moysis, seu potius superioritatem jejunii nostri? Non enim jejunamus, cum quotidie manducamus, et multum quidem differt quod accipi-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΔ'.

Ἡ τοῦ τεσσαρακονθημέρου, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῆς Θεοτόκου νηστεία, πόθεν; καὶ τίς ὁ ἀπαρχῆς παραδούς; τινὲς γὰρ λέγουσι νέας εἶναι.

Αἱ λοιπαὶ δὲ νηστεῖαι, καὶ ἅπασαι μὲν κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, ὡς ἡ συνήθεια μαρτυρεῖ, **350** καὶ αἱ ἀπαρχῆς διατάξεις, καὶ ὁ τῆς ἑνώσεως τόμος αὐτῶν μεμνημένος, καὶ τὸ Ἱεροσολυμητικὸν, ὡς προέφημεν, τυπικὸν, ὃ τὸν θειότατον Σάββαν, καὶ μετ' αὐτὸν τὸν ἐκ Δαμασκοῦ θεολόγον συγγραφεῖς ἔχει καὶ νομοθέτας· καὶ ὁ μὲν κατὰ τὴν τετάρτην οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὁ δὲ μέσον τῆς ἕκτης καὶ τῆς ἑβδόμης, καὶ ἄμφω τῆς Ἐκκλησίας Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι. Οἱ δύο δὲ τὸ τυπικὸν συντεθείκασιν, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ θείου Σάββα τῇ ἐπιδρομῇ τῶν ἐθνῶν ἀπολεσθὲν, ὁ μέγας Ἰωάννης ἀρχῆς τοῦτο κατὰ τὴν ἄνωθεν τάξιν συνέθηκε καὶ διετυπώσατο. Ἰδίαν δὲ ἑκάστη τῶν νηστειῶν καὶ τὴν ἔννοιαν ἔχει. Καὶ ἡ μὲν τοῦ Τεσσαρακονθημέρου τυπικὴ τὴν τοῦ Μωϋσέως νηστείαν, ὃς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας νηστεύσας, ἐν πλαξὶ λιθίναις διὰ γραμμάτων λόγους τοῦ Θεοῦ ἐδέξατο· ἡμεῖς δὲ νηστεύοντες τεσσαράκοντα, τὸν ζῶντα Λόγον ἐκ τῆς Παρθένου οὐ γεγραμμένον ἐν λίθοις, ἀλλὰ σεσαρκωμένον τεχθέντα καὶ βλέπομεν καὶ λαμβάνομεν, καὶ κοινωνοῦμεν αὐτοῦ τῆς θειοτέρας σαρκός. Ὁρᾷς τὸ ὑπὲρ μὲν τῆς νηστείας Μωϋσέως τε καὶ ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τὸ τῆς ἐγκρατείας ἡμῶν; οὐ γὰρ νηστεύομεν ἡμεῖς, καθ'

C

D

Digitized by Google

ἡμέραν ἑσθίοντες, καταπολὺ δὲ τὸ τῆς δωρεᾶς διαλλάττον ἐν ἡμῖν καὶ τῷ Μωϋσῇ· δωρεὰ γὰρ καὶ χάρις μείζων τοῦ Μωϋσέως ὑπὲρ πάντα νοῦν ἐν ἡμῖν. Λοιπὸν μὴ ἀμφίβαλλε. Ἡ νηστεία δέ γε τῶν ἀποστόλων διὰ τὴν τούτων τιμήν. Καὶ δικαίως· ὅτι πλείστων ἀγαθῶν δι' αὐτῶν ἠξιώμεθα· καὶ ὅτι νηστείας οὗτοι καὶ ὑπακοῆς ἄχρι θανάτου καὶ ἐγκρατείας ἐργάται· ὥρθησαν ἡμῖν καὶ διδάσκαλοι. Καὶ Λατῖνοι τοῦτο καὶ ἄκοντες μαρτυροῦσι, διὰ νηστείας ἐν ταῖς μνήμαις αὐτῶν τιμῶντες αὐτούς. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν κατὰ τὰς Διατάξεις τῶν ἀποστόλων διὰ τοῦ Κλήμεντος μετὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Πνεύματος εὐφραινόμεθα ἑβδομάδα μίαν, αὖθις δὲ νηστεύομεν ἑβδομάδα, ἵνα μὴ τῇ τρυφῇ ἐκλυθῶμεν, ὡς διδασκόμεθα· καὶ συναπτῶς τῇ νηστείᾳ ἐκείνῃ καὶ τοὺς παραδεδωκότας νηστεύειν ἀποστόλους τιμῶντες νηστεύομεν. Ἡ δέ γε τοῦ Αὐγούστου νηστεία εἰς τιμὴν ὑπάρχει τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Μητρὸς, ἥτις προγνοῦσα τὴν μετάστασιν ἑαυτῆς, καὶ πάντοτε μὲν ἦν ἀγωνιζομένη ὑπὲρ ἡμῶν καὶ νηστεύουσα, μὴ χρείαν ἔχουσα νηστείας ἡ καθαρὰ καὶ πανάμωμος· ὅμως δὲ ἀγγελικῶς διαιτωμένη ἡ ὑπὲρ τοὺς ἀγγέλους οὖσά τε καὶ βιοῦσα, καὶ προσευχομένη συνεχῶς, ἑνουμένῃ μὲν θείῳ Πνεύματι τῇ μακαρίᾳ ψυχῇ τῷ Υἱῷ αὐτῆς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύουσα, τότε δὲ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλειν τῶν ὧδε μεταβαίνειν λεπτυνομένη πλέον ἀγίῳ ἔρωτι τοῦ Υἱοῦ. Διὸ καὶ ἡμεῖς τότε νηστεύειν καὶ ἀνυμνεῖν αὐτὴν ὀφείλομεν, τόν τε βίον αὐτῆς ἐκμιμούμενοι, καὶ εἰς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν διεγείροντες ἱκεσίας. Τινὲς μὲν οὖν φασι καὶ διὰ τὸ δύο εἶναι ἑορτὰς τὴν τοιαύτην νηστείαν, τῆς τε Μεταμορφώσεως καὶ Κοιμήσεως· ἐγὼ δὲ ἀναγκαῖον νομίζω καὶ τῶν δύο μὲν μεμνῆσθαι ἑορτῶν, τῆς μὲν ὡς φωτισμοῦ παραιτίας, τῆς δὲ ὡς ἱλασμοῦ καὶ μεσιτείας ὑπὲρ ἡμῶν. Ὅμως χρεὼν τὴν Παναγίαν ἐν πάσαις ἐπικαλεῖσθαι Παρθένον τὴν Θεοτόκον, ἵνα δι' αὐτῆς πλεως ἡμῖν εἴη ὁ ἐξ αὐτῆς, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ δι' αὐτῆς λαμπρότητος ἐπιτύχωμεν. Τούτου οὖν χάριν αἱ νηστεῖαι· καὶ ἀναγκαῖαι παντὶ πιστῷ· καὶ οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ, ἀλλὰ καὶ πάντοτε καὶ διηνεκῶς· ὅτι νηστεία ἔργον Θεοῦ· οὐ γὰρ τροφῆς αὐτῷ χρεία, καὶ ζωὴ ἀγγέλων καὶ βιοτὴ, ἄτροφοι γάρ· καὶ νέκρωσις σώματος· ὅτι, τούτου τρυφήσαντος, νεκροὶ καταστησόμεθα ἡμεῖς. Καὶ ἀποβολὴ παθῶν ἡ νηστεία. Τὰ γὰρ ὑπογάστρια ἡ γαστριμαργία κινεῖ πάθη. « Τὰ βρώματα δὲ, φησὶ Παῦλος, τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. » Διὰ τοῦτο τοίνυν καὶ τοῖς Πατράσιν αὕτη ἡ νηστεία ἐσπούδαστο, καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς, καὶ τῷ Παύλῳ μὲν, λέγοντι, « Ἐν νηστείαις πολλάκις, » καὶ « Ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται· » Τῷ Πέτρῳ δὲ Ἀσσαρίου θερμίοις τρεφομένῳ, καὶ τῷ Κυρίῳ αὐτῷ, κριθίνους ἄρτους ἐσθίοντι, καὶ πολλάκις νηστεύοντι.

mus ab eo quod datum Moysi : grata et donum est, sed hoc donum Moysi datum omnem cogitationem superat. Cæterum non ambigitur. Jejunium autem apostolorum in honorem eorum institutum est : justissime quidem, quia ab eis plurima accepimus bona et quia fuerunt nobis abstinentiæ, obedientiæ usque ad mortem et temperantiæ opifices et magistri. Hoc et Latini, inviti quidem, testantur, jejunio festa eorum honorantes : sed nos juxta decreta apostolorum a sancto Clemente tradita post adventum Spiritus sancti per unam gaudemus hebdomadam, et iterum hebdomade una jejunamus, ne deliciis dissolvamur, sicut docti sumus, et aptissime simul jejunio hoc apostolos honoramus a quibus jejunare didicimus. Jejunium denique Augusti in honorem Verbi Dei Matris, quæ præsciens translationem suam, semper tamen laboravit et jejunavit pro nobis, cum tamen jejunii necessitatem non haberet purissima et omnino irreprehensibilis manens ; simulque angelice vivens seu potius et virtute et vita angelos præcellens, constanter deprecans, Spiritui sancto intime unitam habens animam beatissimam per Filium suum, pro nobis orabat, maxime cum fieret decessus ejus proximus magis ac magis amore Filii consumebatur. Ideirco jejunando et ipsam exaltando multum proficimus, cum maxime imitando ejus vitam propitiationem et preces ipsius in nos excitamus. Unde quidam aiunt in hoc jejunio duplicem esse festivitatem ejus, scilicet transfigurationis et mortis. Et mihi videtur perutile nobis duas illas memorari festivitates ; prior enim splendoris origo, posterior propitiationis et interventionis erga nos manifesta fluenta. Sicque hanc præ omnibus sanctam Virginem Dei Genitricem justum est invocare, ut propitius sit nobis Filius ejus, et divinam in nobis sui luminis claritatem multiplicet. Hujus gratia ex jejuniis : sunt ergo omni credenti necessaria, non solum in tali vel tali tempore, sed semper et sine intermissione exercenda, et frequentanda ; sunt enim opus Dei, cui cibo non est opus ; sunt et angelorum vita et agendi ratio, quippe qui nequaquam manducant ; sunt corporis interemptio, quod si delicate nutriamus, certo moriemur ; sunt denique jejunia passionum evacuatio, quas potenter excitant et movent gula et ingluvies. Dicit Paulus : « Esca ventri, et venter escis : Deus autem et hunc et has destruet [27]. » Propterea quoque strenue Patres jejunio vacarunt, sicut et apostoli, inter quos et Paulus dicens : « In jejuniis multis [28]. » Et : « Qui in agone contendit ab omnibus se abstinet [29]. » Et tandem Petrus captivus atque ipse Dominus qui panes hordeaceos manducabat frequenter jejunaverunt.

[27] I Cor. vi, 13. [28] II Cor. xi, 27. [29] I Cor. ix, 25.

Digitized by Google

QUÆSTIO LV.

Unde traditio de missa præsanctificatorum, et quare perfecta non sit, et quare in aliis jejuniis non celebretur, unde quidam negant cætera jejunia tradita esse ab apostolis.

Præsanctificatorum liturgia a primis temporibus et a successoribus apostolorum descendit, ut testantur preces ejusdem, et traditio perantiqua, et vere ab apostolis eam fuisse introductam credimus, et ex principio ordinatam propter hoc ipsum jejunium, ut doceremur lugere et festive non agere diebus pœnitentiæ et luctus, ut alibi dictum est. Ita Patres ordinaverunt, ne gratiæ omnino expertes essemus quæ habetur ex participatione mysteriorum Christi, et propitiationis sanctarum precum. Et quidem hora nona qua illud sacrum perficitur munus, integrum servatur tempus jejunii, quia monemur semel esse edendum versus vesperam; precibus ad sanctitatem excitamur; et simul mente et quasi ictu oculorum videmus Dominum a sacerdotibus custoditum, et ante nos in propitiationem positum, et se præbentem dignis in edulium ad convescendum. Debemus ergo interdum fervide procumbere coram illo genua flectentes, et confessione peccatorum veniam postulare, omnium fidelium memoriam facere, sicque perficiuntur mysteria, corpus scilicet et sanguis Christi. Et si oblata digne ante consecrationem præparata honorabilia sint, ut typica et Deo destinata, multo magis postquam divina gratia et actione sacerdotis consecrata fuerint, cum tunc vere sint corpus et sanguis Christi.

QUÆSTIO LVI.

Quare præsanctificata non in aliis etiam jejuniis celebrentur.

Non fiunt Præsanctificata in aliis jejuniis, quod inter alia hoc solum primum est et eximium, et Domini jejunium; et in eo solo quinque hebdomadis diebus id peragi traditum est, ad majus nostrum certamen: namque cum apprime et ante alia necessarium sit tremendum et sacrosanctum hoc sacrificium, et mundi universi salutare, non est visum operæ pretium, illud omnino cessare, neque in ipsa, quæ Magna nuncupatur et est, Quadragesima. Quapropter et in ea, Sabbato et Dominica, Patres constituerunt, sacrum nos sacrificium peragere, Domini præceptum explentes, dicentis, *Hoc facite in meam commemorationem*; omni nempe tempore. Quinque itaque diebus Præsanctificata facere, et nullo alio die incruentum ac vivum sacrificium celebrare, lege sanxerunt, exceptis duabus aliis diebus, feria nempe quarta et sexta hebdomadis, quæ ab edendo casco nomen habuit Tyrophagi, quas velati sanctorum jejuniorum proœmia decreverunt. Quandoquidem et hebdomas Tyrophagus excogitata est ad purgationem nostram, et ad sacra jejunia apparatum, ut jejunio prius expurgati accedamus, et a cibis carneis, quæ pin-

351 ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΕ'.

Πόθεν ἡ παράδοσις τῆς προηγιασμένης λειτουργίας· καὶ διατί οὐ τελεῖται· καὶ πῶς ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις οὐ λειτουργεῖται· ἐκ τούτου γάρ φασί τινες, ὡς οὐ παραδεδομέναι αἱ ἄλλαι νηστείαι.

Ἡ προηγιασμένη λειτουργία ἄνωθεν καὶ ἐκ τῶν διαδόχων τῶν ἀποστόλων ἐστίν, ὡς καὶ αἱ εὐχαὶ μαρτυροῦσι, καὶ ἡ παράδοσις αὐτὴ ἀρχαία οὖσα, καὶ ἀληθῶς τῶν ἀποστόλων εἶναι ταύτην πιστεύομεν, ἐξαρχῆς γεγενημένην δι' αὐτὴν τὴν νηστείαν· ὥστε πενθεῖν καὶ μὴ ἑορτάζειν ἡμᾶς ἐν ταῖς τοῦ πένθους ἡμέραις, ὡς καὶ ἄλλοις περὶ τούτου πρότερον εἴρηται. Ἵν' οὖν πάλιν μὴ καθόλου ἀμέτοχοι τῆς ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων τυγχάνωμεν χάριτος, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἱερῶν εὐχῶν ἁγιασμοῦ, τοῦτο ἐπινενόηται τοῖς Πατράσι. Καὶ περὶ μὲν τὴν ἀνωτάτην ὥραν ταύτην τελοῦμεν τὴν τελετήν, ἀποσώζοντες τὸν ὅρον τῆς νηστείας, ἅπας πρὸς ἑσπέραν ἐσθίειν τετυπωμένου· ἀγιαζόμεθα δὲ ταῖς εὐχαῖς, καὶ τῇ ὄψει τῶν ὀφθαλμῶν ἅμα τῷ νοΐ αὐτὸν ὁρῶντες τὸν Κύριον κατεχόμενον ὑπὸ τῶν ἱερέων, καὶ εἰς ἱλασμὸν ἡμῶν προτιθέμενον, καὶ μεταδιδόμενον τοῖς ἀξίοις τῆς αὐτοῦ κοινωνίας· ὅτε καὶ προσπίπτειν θερμῶς αὐτῷ ὀφείλομεν ἐπ' ἐδάφους, καὶ συγχώρησιν ἐξαιτεῖσθαι τῶν ἐσφαλμένων, καὶ πάντων μεμνῆσθαι πιστῶν, δηλονότι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἰσόδου, ἡνίκα ἐπὶ κεφαλῆς αὐτὸν κατέχει ὁ ἱερεύς. Καὶ γὰρ τὰ ἐλεσμένα εἰσὶ τὰ μυστήρια, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ εἰ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι ἄξια τιμᾶσθαι τὰ δῶρα, ὡς ἀντίτυπα, καὶ ἀφιερωμένα Θεῷ, πολλῷ γε μᾶλλον τετελεσμένα ὄντα τῇ θείᾳ χάριτι διὰ τῆς ἱερουργίας, καὶ σῶμα ἀληθῶς καὶ αἷμα τελοῦντα Χριστοῦ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝϚ'.

Διατί οὐ τελεῖται τὰ προηγιασμένα καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις.

Οὐ τελεῖται δὲ τὰ προηγιασμένα καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις, ὅτι αὕτη παρὰ τὰς ἄλλας μόνη πρώτη ἐστὶ καὶ ἐξαίρετος, καὶ τοῦ Κυρίου νηστεία. Καὶ ἐν αὐτῇ μόνῃ ἐν ταῖς τῆς ἑβδομάδος πέντε ἡμέραις τοῦτο δὴ παραδίδοται ἐνεργεῖν, εἰς μεῖζον ἡμῶν ἀγώνισμα. Ἐπεὶ γὰρ ἀναγκαιοτάτη πρὸ παντὸς ἡ φρικτοτάτη καὶ ἱερὰ τελετή, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς σωτήριον, οὐκ ἔδοξε δίκαιον εἶναι καθόλου πεπαῦσθαι ταύτην, οὐδὲ κατ' αὐτὴν τὴν μεγάλην ὀνομαζομένην καὶ οὖσαν Τεσσαρακοστήν. Διὸ καὶ ἐν αὐτῇ κατὰ Σάββατον μὲν οἱ Πατέρες διετυπώσαντο καὶ Κυριακήν, τὴν ἱερὰν ἐπιτελεῖν ἡμᾶς θυσίαν, ἐκπληροῦντες τὸ τοῦ Κυρίου παράγγελμα, λέγοντος, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, ἀντὶ τοῦ διαπαντός. Ἐν ταῖς πέντε δὲ ἡμέραις λειτουργεῖν προηγιασμένα, καὶ οὐδ' ἐν ἄλλῃ τινὶ ἡμέρᾳ τὴν ἀναίμακτον καὶ ζωοῦντον θυσίαν τελεῖσθαι οὐ νενομοθέτηκεν· εἰ μὴ ἐν ἄλλαις ἡμέραις δυσὶ κατὰ τὴν Τετράδα τε καὶ Παρασκευὴν τῆς Τυροφάγου λεγομένης, καὶ κατὰ τὴν μεγάλην Παρασκευήν. Καὶ τὰς μὲν τῆς Τυροφάγου δύο ὡς προοίμια ἔθεντο τῶν ἱερῶν νηστειῶν. Ἐπεὶ καὶ ἡ Τυροφάγος ἑβδομὰς διὰ τοῦτο νενομοθέτηται, εἰς προκάθαρσιν ἡμῶν,

Digitized by Google

καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν νηστείαν ἑτοιμασίαν, ἵνα προκαθαρθέντες τῇ νηστείᾳ προσέλθωμεν, καὶ ἀπὸ βρωμάτων λιπαινόντων καὶ σαρκωδῶν πρὸς ὀλίγον ἐγκρατευσάμενοι, τῆς νηστείας ἀψώμεθα, καθαροὶ τῆς καθαρωτάτης, καὶ ἅγιοι τῆς ἁγνῆς. Διὸ καὶ πρότερον μὲν οἱ Πατέρες τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρουσιν ἐν τρισὶν ἑβδομάσιν εἰς τιμὴν τῆς Τριάδος, τὰ περὶ τῆς νηστείας κηρύττοντες τοῖς εὐαγγελικοῖς τοῦ Σωτῆρος ῥήμασι πρὸς τὴν μετάνοιαν καὶ τὴν κάθαρσιν ἡμᾶς ἐκκαλούμενοι. Καὶ διὰ μὲν τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου μὴ ἐπαίρεσθαι τοῖς πόνοις, ἀλλὰ ταπεινοῦσθαι διδάσκουσι, καὶ μᾶλλον οὕτω σώζεσθαι· διὰ δὲ τῆς τοῦ ἀσώτου παραβολῆς μὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλ' ὑποστρέφειν ἐν ἐξομολογήσει πρὸς τὸν **352** ἀγαθὸν Πατέρα τε καὶ φιλάνθρωπον. Διὰ δὲ τῆς ὑπομνήσεως τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δευτέρας παρουσίας εἰς φόβον ἐμβάλλουσι τοῦ ἀδεκάστου κριτηρίου αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦ πρὸς τοὺς πένητας ἐλέου παριστῶσιν, ὡς ἐλεηθησόμεθα. Τελευταῖον δὲ τὰ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδὰμ προτιθέασιν, ἥτις ἐγεγόνει διὰ τρυφῆς τε καὶ ἡδονῆς πρὸς τὴν νηστείαν ἡμᾶς διεγείροντες. Ὅθεν καὶ τὴν πρὸ τῆς νηστείας ἑβδομάδα οὐ κρεοφάγον, ἀλλὰ τυροφάγον εἶναι νενομοθετήκασι· καὶ προσόρτιον τῆς νηστείας ταύτην φασί. Καὶ τριῴδια ψάλλειν καὶ ἰδιόμελα, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν διετύπωσαν. Καὶ τὰς δύο ταύτας μέσον τεθείκασι νηστείας Τετράδος τε καὶ Παρασκευῆς, ἐν αἷς καὶ προφητῶν ῥήσεις περὶ νηστείας, καὶ τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους τοῦ θεοφάντορος Βασιλείου λέγεσθαι διετάξαντο. Ὅθεν καὶ ὡς τὸ ἀρχαῖόν φησι τυπικὸν τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ πατριάρχης κατὰ τὴν Τετράδα τῆς Τυροφάγου πρῶτος ἐλειτούργει τὰ προηγιασμένα, ἐν ᾗ δὴ καὶ τῇ Παρασκευῇ μετὰ τῆς νηστείας καὶ τυρὸν ἐσθίειν ἔθος ἦν, πρὸς ἀναίρεσιν αἱρετικῆς τινος δόξης. Ἐν ταῖς δυσὶν οὖν ἐκείναις τῆς Τυροφάγου νηστείαις τὰ τῶν προηγιασμένων οὕτως ἐτελεῖτο ἐξαρχῆς· καὶ ἐν ταῖς παλαιαῖς εὑρίσκεται διατάξεσι, καὶ τὰ ἀναγνώσματα μαρτυροῦσι τὰ προφητικὰ, ὡς εἰρήκαμεν· καὶ τὸ μηδὲ Εὐαγγέλια λέγεσθαι ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, ὡς οὐδὲ ταῖς πέντε τῆς ἑβδομάδος ἐν πάσῃ τῇ Τεσσαρακοστῇ, ὡς πάντα δηλοῦσι τὰ εὐαγγελικὰ βιβλία. Καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν δὲ καὶ μεγάλην Παρασκευὴν οὕτως ἐξαρχῆς προηγιασμένα ἐτελεῖτο. Οὐ γάρ ποτε τοῖς Πατράσιν ἐδόκει ἀνεκτὸν εἶναι ἡμέραν τινὰ παρελθεῖν, καὶ μὴ ἐωρακέναι διὰ τῶν μυστηρίων τὸν Κύριον, δι' ὧν ἔφη καὶ αὐτὸς ἐν εἶναι μεθ' ἡμῶν· καὶ τὸ, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*. Τοῦτο γὰρ ἔφη, οὐχ ὅτι μετὰ ταῦτα οὐκ ἔμελλεν εἶναι πάντοτε μεθ' ἡμῶν, πῶς; ὁ πρὸς τὸν Πατέρα ἐν τῷ εὔχεσθαι λέγων, *Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν*. Καὶ πρὸ ὀλίγου, *Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν*. Ἀλλ' ἕως μὲν τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἔσται διὰ τῶν μυστηρίων αὐτοῦ. Ἔτι δὲ

A guem hominem reddunt, ad breve tempus abstinentes, jejunium exordiamur, puri purissimum, sanctique intemeratum. Hinc etiam factum est, ut Patres prius tribus hebdomadibus animum expurgent, in honorem Triadis, quæ jejunii sunt, evangelicis Salvatoris nostri verbis prædicantes, excitantesque nos ad pœnitentiam et expurgationem. Et per Publicani et Pharisæi parabolam, non esse laboribus superbiendum, sed compescendos animi conatus, docent, et hac potius ratione salutem comparandam. Per Prodigi parabolam, non esse desponB dendum, sed revertendum confessione ad Patrem optimum atque humanissimum. Per recordationem Salvatoris nostri adventus, incorrupti illius judicii timorem incutiunt, et per misericordiam in pauperes instruunt, nos quoque misericordiam consecuturos. Tandem exsilium Adami proponentes, quod propter luxum et voluptatem accidit, ad jejunium adhortantur. Propterea que hebdomadem, quæ ante jejunium est, ut a carnibus abstineretur, non item a caseo, lege sanxerunt. Quam jejunii professum nuncupant, et Triodia canere, et Idiomela, ut aliis sacri Quadragesimalis jejunii diebus præscripserunt, et duas hasce medias ad jejunandum posuere, feriam quartam et sextam; quiLus et prophetarum de jejunio dicta, et de hoc eodem divini Basilii orationes legendas esse decreverunt. Hinc, ut vetustum Typicum refert magnæ Ecclesiæ, patriarcha, Tyrophagi feria C quarta, primus ante allos Præsanctificata celebrabat, qua et feria sexta cum jejunio caseum edere moris erat, ad refellendam quamdam hæreticam sententiam. Illis itaque duobus Tyrophagi jejuniis, Præsanctificatorum missa, ab initio, hoc modo peragebatur, ut et in antiquis constitutionibus animadvertitur et prophetarum lectiones testantur, ut diximus; et quod Evangelia illis diebus non recitantur, quemadmodum et reliquis quinque universæ Quadragesimæ hebdomadibus, ut omnes Evangeliorum libri commonefaciunt. Sancta quoque et magna Feria sexta, ab initio, hac ratione, Præsanctificata peragebantur. Neque enim Patribus sustinendum videbatur, diem aliquem præterisse, neque per mysteria Dominum conspexisse, - per quæ, ut D et ipse aiebat, unum nobiscum esset. Et, « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. » Hoc porro dixit, non quod postea semper non esset una nobiscum futurus; qui enim id fieri potuit, cum ipse ad Patrem inter orandum diceret : « Pater, quos dedisti mihi, volo, ut, ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant gloriam meam. » Et paucis interjectis : « Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, quemadmodum et nos unum sumus, et ego in illis, et tu in me, ut sint perfecti in unum : » verumtamen ad consummationem usque sæculi erit per sua mysteria. Præterea id quoque dixit, quod nunc non videatur, postquam corpore ascendit, quousque tum venerit : ne quis in eam sententiam iverit, eam nunc non esse no-

Digitized by Google

biscum, quod non sit nobis conjunctus, sed credat, multo intervallo dissitum, nobiscum esse, unumque cum nobis, suis mysteriis, fieri. Tum vero videbimus eum sicuti est, ut dilectus tradit. Et hac ratione perpetuo una cum Domino erimus, ut Paulus docet. Sed nunc nescio qua ratione desitum sit eo tempore Præsanctificata peragi : opinor autem quod perfectum jejunium non sit, neque Missam, uti moris est, perfectam fieri, ideoque etiam Præsanctificata neglexisse. Adhuc etiam ex Hierosolymitano Typico, quod proprium monachorum est, et aliud a magnæ Ecclesiæ Typico, quod universæ Ecclesiæ sequebantur ; continuæ vero gentium irruptiones ordinem illius perverterunt, et nunc in catholica tantummodo Thessalonicensium Ecclesia reliquum est. Sancta vero et magna Parasceve non perfectam Missam celebramus, quod tradens, feria

Dominus mysteria in memoriam suæ passionis, feria sexta passionem volens subiit, ut dictum est, et per crucem semetipsum sacrificavit, facultatem præbens iis qui ipsum morti tradebant. Quapropter veluti in divino ejus corpore sacrificio per passionem peracto, non est necesse rursus, ut nos, quæ ad memoriam passionis ejus faciunt, peragamus, cum ipse tum eam subierit : propterea que absolutum sacrificium facere, eo tempore prorsus traditum non recepimus. Verumtamen Præsanctificata proponere et ministrare accepimus, quemadmodum in multis supra recensitis Constitutionibus, librisque reliquis antiquis, in quibus Evangelia scriptaque apostolica digeruntur, hoc idem scriptum invenies. Nihilominus nunc ex monastico Hierosolymorum Typico in usu non est. Non itaque, quod in aliis jejuniis præsanctificata non fiunt, ea contemnenda sunt, sed observanda potius ; cum et in magno jejunio, Sabbato et Dominica, perfectam missam celebramus, et in aliis etiam jejuniis, quæ violare nefas, veluti vigilia Christi natalium, Luminum, et magna Feria v, ita peragimus, nec in illis jejunium solvimus quod perfecto sacrificio utamur. Imo et magnum, sacræ Quadragesimæ additum, alia quoque jejunia esse innuit : et ob id potius inter alias magna dicitur, quod et aliæ sint, ipsa vero alias superemineat. Apte igitur justeque hæc vocatur decima ; quia etsi Deo, qui nos e nihilo creavit, vitam omnem nostram restituere debemus, insuper tamen, prævaricationibus infirmi et debiles effecti, pluribusque sollicitudinibus carnis abrepti, tempora quædam præstituta et præpigneratа habere debemus, in honorem et gloriam ejus qui nos plasmavit ; in quibus a rebus vitæ avertentes, sancteque cogitantes de gratiarum actione et laudibus erga Creatorem, de petenda ab ipso venia infinitorum peccatorum nostrorum ; propterea statuta sunt tempora, Dominicæ dies, festa et jejunia, et illud imprimis majoris hebdomadæ, integerrime omnia Deo consecranda. Dantur enim ea lege ut non præoccupentur in agendo pro necessitatibus terrenis, nulliqne libertas relinquitur

A τοῦτο εἴρηκε, καὶ διὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι νῦν μετὰ τὴ ἀναληφθῆναι σωματικῶς ἄχρι τοῦ ἐλθεῖν τότε. Ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι γε μὴ ὁρώμενος ἡμῖν, μεθ' ἡμῶν οὐκ ἔστι νῦν, ἀλλὰ πιστεύῃ ὡς ἀδιαστάτως ἐστὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ ἐν γίνεται μεθ' ἡμῶν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ. Τότε δὲ ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστιν, ὡς καὶ ὁ ἠγαπημένος φησὶ, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κ ρίῳ ἐσόμεθα, ὥσπερ ὁ Παῦλος διδάσκει. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦτο νῦν ἠμέληται, τὸ προηγιασμένα τότε λειτουργεῖσθαι. Οἶμαι δὲ διὰ τὸ μὴ τελείαν ἵναι νηστείαν, καὶ μηδὲ λειτουργίαν ὡς ἔθος τελείαν γίνεσθαι, καὶ τῆς τῶν προηγιασμένων καταμελῆσαι. Ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἱεροσολυμητικοῦ τυπικοῦ, ὅπερ μοναχικόν ἐστιν. Ἕτερον δ' ἐστὶ τὸ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ὅπερ δὴ καὶ πᾶσαι εἶχον ἐκκλησίαι.

B Αἱ συνεχεῖς δὲ τῶν ἐθνῶν ἐπιδρομαὶ τὴν τάξιν τούτου κατέλυσαν. Ἐν τῇ καθολικῇ δὲ μόνῃ ὑπολέλειπται τῶν Θεσσαλονικέων Ἐκκλησίᾳ. Τῇ δὲ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ οὐ τελείαν λειτουργίαν ποιοῦμεν, ὅτι παραδοὺς τῇ πέμπτῃ ὁ Κύριος τὰ μυστήρια εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους αὐτοῦ, κατὰ τὴν Παρασκευὴν τὸ πάθος ἑκουσίως ὑπέμεινε · καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ἱερούργησεν ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ ἐθελουσίως, ὡς εἴρηται, ἐκδοὺς ἑαυτὸν, καὶ οὐ προδοὺς, τοῖς βουλομένοις φονεῦσαι. Διὸ καὶ ὡς γεγενημένης ἐν τῷ θείῳ αὐτοῦ σώματι τότε τῆς θυσίας διὰ τοῦ πάθους, οὐ χρεία πάλιν ποιεῖν ἡμᾶς τὰ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους αὐτοῦ, ὅτε αὐτὸς τοῦτο πέπονθε. Διὰ τοῦτο τελείαν μὲν τότε θυσίαν ἐνεργεῖν οὐ παρελάC βομεν ὅλως · προηγιασμένα δὲ προτιθέναι καὶ λειτουργεῖν παρελάβομεν ὡς ἐν πολλοῖς τῶν ἄνωθεν διατάξεων. Καὶ ἐν εὐαγγελικαῖς καὶ **353** ἀποστολικαῖς βίβλοις ἀρχαίαις εὑρήσεις τοῦτο γεγραμμένον. Ὅμως δὲ νῦν οὐκ ἐνεργεῖται ἀπὸ τοῦ μοναχικοῦ τῶν Ἱεροσολύμων τυπικοῦ. Οὐ κατὰ τοῦτο οὖν ὅτι ὑπὸ προηγιασμένη λειτουργία τελεῖται ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις, ἐκείνας παροπτέον, ἀλλὰ τηρητέον μᾶλλον. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ νηστείᾳ Σαββάτῳ τε καὶ Κυριακῇ τελοῦμεν λειτουργίαν τελείαν · καὶ ἐν ἄλλαις δὲ ἀπραβάτοις νηστείαις, τῆς τε παραμονῆς τῶν Χριστοῦ γέννων φημὶ, καὶ τῶν Φώτων, καὶ κατὰ τὴν μεγάλην Πέμπτην, οὕτω ποιοῦμεν · καὶ οὐ καταλύομεν τὴν νηστείαν ἐν αὐταῖς, διὰ τὸ τελείως ἱερουργεῖν. Καὶ τὸ μεγάλην δὲ D καλεῖσθαι τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν, καὶ ἄλλας εἶναι διδάσκει νηστείας. Καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον μεγάλη λέγεται, ὅτι καὶ ἕτεραί εἰσιν · αὕτη δὲ τούτων ὑπερέχει. Ἀποδεκάτωσις δὲ δικαίως αὕτη λέγεται · ὅτι εἰ καὶ πᾶσαν ἡμῶν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι τὴν ζωὴν, ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ἐκ μὴ ὄντων γεγόναμεν, ἀλλ' ὅμως τῇ παραβάσει ἀσθενεῖς γεγονότες, καὶ τὸ πλέον περὶ τῆς σαρκὸς μεριμνῶντες, κἂν καιροὺς ἀποτεταγμένους ἔχειν ὀφείλωμεν, εἰς τε τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ πλάσαντος, καὶ ἀποχὴν τῶν βιωτικῶν, καὶ φροντίδα τινὰ τῆς τε εὐχαριστίας καὶ δοξολογίας τοῦ κτίστου, καὶ αἴτησιν ἀφέσεως παρ' αὐτοῦ τῶν ἀμυθήτων ἡμῶν ἁμαρτιῶν · δι' ἣν αἰτίαν καὶ Κυριακαὶ, καὶ ἑορταὶ, καὶ νηστείαι, καὶ ἐξαιρέσεις αὕτη παραδέδοται. Καὶ ἀφιερωμέναι πᾶσαι Θεῷ, καὶ

Digitized by Google

τῷ μὴ προαιρουμένῳ κατ' ἀνάγκην ἐνεργεῖν δίδομέ- A
ναι. Καὶ οὐδεὶς μίαν τινὰ καταλῦσαι ἄδειαν εἴληφε.
Καὶ ὁ περὶ τούτου δὲ τῶν Πατέρων σκοπὸς ἀγαθὸς
λίαν καὶ φιλανθρωπότατος, καὶ μοναχοῖς καὶ λαϊκοῖς
ὠφέλιμός τε καὶ ἐλαφρὸς καὶ οὐ βίαιος. Ἐγκράτεια
γὰρ καὶ οὐκ ἀστεία τὸ παραδεδομένον, καὶ εἰς ὑπόμνησιν Θεοῦ ἄγον ἡμᾶς, καὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων φροντίσαι καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀνταποδόσεως. Ἔτι δὲ καὶ τῆς εὐσεβείας εἰς φυλακήν τε καὶ δεῖγμα, καὶ εἰς χρηστὸν ἔθος δι' ὀλίγου πόνου τινός. Ἐκ τούτου δὲ ἡ σωτηρία καὶ μὴ γινωσκόντων ἡμῶν Θεοῦ ἐλέει διὰ τῶν μικρῶν τούτων ἡμῖν ἐπιβραβεύεται. Οὐ κόπος οὖν καὶ τοῖς κοσμικοῖς μικρὸν ἐγκρατευομένοις, εἰς πάντα ἄδειαν ἔχουσι, πλὴν ὀλιγίστων τινῶν, τοῖς δέ γε μοναχοῖς ἀεὶ ἀποφειλομένη ἡ ἐγκράτειά ἐστι καὶ νηστεία, ὡς καὶ Θεῷ ἐπηγγειλαντο. B

vel unam solvendi. In hoc autem Patrum scopus optimus et benevolentissimus, monachis necnon laicis utilissimus, facilis nec coactus : temperantia enim traditione præscribitur, non exinanitio ; in memoriam Dei nos revocat, et in considerationem propriorum peccatorum et mortis et mercedis adducit, simul et in custodiam et demonstrationem pietatis, et in utiliorem usum laboris minimi. Ex his salus etiam non sollicitius agentibus : miseretur Deus et coronat nos pro parvis istis curis. Nullus igitur labor eis qui in mundo sunt a paucis abstinendum ; libertas ad omnia, exceptis paucissimis quibusdam ; monachis vero perpetuo servanda sunt temperantia et jejunium, siquidem publice voverunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΖ'.

Ἆρα λαμβάνουσί τι διὰ τῶν εὐχῶν τὰ προηγιασμένα ἅγια ;

Τὰ προηγιασμένα ἁγιώτατα δῶρα οὐδὲν διὰ τῶν ἐπιγινομένων εὐχῶν προσλαμβάνουσι, τέλεια γάρ εἰσι. Καὶ αἱ λεγόμεναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ εὐχαὶ τοῦτο δὴ μαρτυροῦσι, δεήσεως οὖσαι καὶ ἱλασμοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, διὰ τῶν προκειμένων φρικτῶν μυστηρίων, τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Μονογενοῦς, τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ἡμῖν ἱλεούμεναι, καὶ πρὸς τὴν μετοχὴν τῆς κοινωνίας Χριστοῦ ἱκανοὺς ἡμᾶς ἐργαζόμεναι. Αἱ εἴσοδοι δὲ ἡ μὲν ἔστι τοῦ ἑσπερινοῦ, ἡ δευτέρα δὲ διὰ τὸ ἀπενεχθῆναι τὰ δῶρα ἐν τῇ τραπέζῃ, καὶ ὥστε ἡμᾶς κατιδόντας καὶ προσκυνήσαντας καθαγιασθῆναι τῇ αὐτοῦ θεωρίᾳ καὶ χάριτι. Τί δὲ τυποῦσιν αὗται αἱ εἴσοδοι, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἕνωσιν ἑτέραν ποιοῦμεν· πῶς γάρ ; ἐπειδὴ τετελειωμένος ὁ ἄρτος ἱερουργηθεὶς καὶ ἀνυψωθείς, καὶ ἡνωμένος τῷ θείῳ αἵματι. Ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ ποτηρίῳ εἰσάγεται δίχα τινὸς ἐπιλεγομένης εὐχῆς οἴνός τε καὶ ὕδωρ, ἵνα μελισθέντος τοῦ θείου ἄρτου, καὶ κατὰ τὸν τύπον ἐν αὐτῷ εἰσαχθείσης τῆς ἄνω μερίδος, ἁγιασθῶσι τῇ μετοχῇ τὰ ἐν τῷ ποτηρίῳ, καὶ κατὰ τὴν ἐν τῇ λειτουργίᾳ τάξιν, ἔχ τε τοῦ ἄρτου κοινωνήσῃ καὶ τοῦ ποτηρίου ὁ ἱερεύς, μεταδώσῃ τε καὶ τοῖς χρείαν ἔχουσι μετασχεῖν, εἴτε ἱερωμένοις ἐντὸς κατὰ τὸ ἔθος, εἴτε λαϊκοῖς διὰ τῆς λαβίδος. Ὅπερ δὴ καὶ βουλόμενοί τινα κοινωνῆσαι τῶν μυστηρίων, χωρὶς ἱερουργίας ἀπὸ τοῦ φυλαττομένου ἄρτου μερίδα λαμβάνοντες, καὶ οἴνῳ σὺν ὕδατι μιγνύντες, ἢ καὶ ξηρῷ πολλάκις μόνῳ τῷ **354** ζωοποιῷ ἄρτῳ χρώμενοι ὡς ἡνωμένῳ τῷ αἵματι, τὴν κοινωνίαν ποιοῦμεν. Ἐνταῦθα δὲ ἐν τῇ λειτουργίᾳ τῶν προηγιασμένων, διὰ τὸ τὸν τύπον τελεσθῆναι τῆς κοινωνίας, ὡς εἴρηται, καὶ διὰ τὸ εἰ χρεία ἐστὶ πλείονας κοινωνῆσαι, τοῦτο γίνεται. Οὐ τῇ ἐπικλήσει τοίνυν τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ σφραγῖδι τὰ ἐν τῷ ποτηρίῳ ἐν τῇ προηγιασμένῃ λειτουργίᾳ καθαγιάζεται, ἀλλὰ τῇ μετοχῇ καὶ ἑνώσει τοῦ ζωοποιοῦ ἄρτου, σώματος ἀληθῶς ὄντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡνωμένου τῷ αἵματι.

QUÆSTIO LVII.

Num præsanctificatis sanctis donis aliquid per preces accedat ?

Præsanctificata sanctissima munera nihil per preces quæ supra illa fiunt accipiunt : perfecta enim sunt. Idque abunde testantur preces quæ in Missa recitantur, tanquam quæ supplicationis et propitiationis sunt, pro nobis per proposita tremenda mysteria corporis et sanguinis Unigeniti Deum et Patrem nostrum propitium reddentes, aptosque nos ad communionem Christi constituentes. Introitum hic quidem Vesperi est, alter vero, ut dona ad altare transferantur, et nos ipsi, ea videntes et adorantes, eorum aspectu et gratia sanctificemur. Quid porro notent hi introitus, a nobis jam alibi dictum est. Sed nec unionem aliam facimus. Qua enim ratione id fiet, cum panis perfectus, sacrificatus, exaltatus, et divino sanguine tinctus sit ? Verum in sacrum calicem immittitur sine ulla prece vinum et aqua, ut, divino pane diviso, et, ut ordo postulat, superiori particula in illum injecta, participatione illius, quæ in calice sunt, sanctitatem habeant ; sicque, ut in Liturgia fieri solet, et pane et calice sacerdos communicet, aliisque sive in sacris ordinibus constitutis pro more intus sanctuarium, sive laicis, communione indigentibus, cochleari distribuat. Nos etiam, cum quempiam mysteriorum participem facere volumus sine prævio sacrificio, a conservato pane particulam desumentes, et vino atque aquæ immiscentes, sæpe etiam sic eo solo vivifico pane utentes, tanquam qui jam sanguine tinctus est, communionem expedimus. At in missa Præsanctificatorum, ut ordo communionis observetur, sicut diximus, et quod plures communicent, hoc fit. Non itaque invocatione Spiritus sancti et illius signaculo, quæ in calice sunt, in Præsanctificatorum missa sanctificantur, sed participatione et unione vivifici panis, qui vere corpus Christi est, et jam sanguine tinctus.

Digitized by Google

QUÆSTIO LVIII.

Num in Missa præsanctificatorum fragmen divini panis an integer afferri debeat?

Panis porro non debet esse particula, sed integer, ut in parte, uti moris est, dividi possit, fractusque distribuatur; hoc enim minus habet a missa perfecta. Et aqua calida tunc quoque intromittitur, non perfectionis alicujus gratia, cum nec in missa perfecta ob perfectionem aliquam intromittatur, sed ut tepido tremendo illo calice facto, illud animo concipiamus, etiam Christo demorino, vivificum illius corpus a divinitate neque avulsum neque separatum, quemadmodum divina ejus anima, sed operationibus Spiritus fuisse oppletum. Illud quoque calida innuit, Spiritum esse vivificum, et vivifico Spiritu a Christo non sejuncto, neque divinitatem ab eo fuisse divisam. Immo et aqua imago est Spiritus, qui aqua nuncupatur, et calor, tanquam qui ab igne est divinitatis, quod Deus noster ignis absumens est; ideoque, cum eam infundit, dicit: «Calor Spiritus sancti, Amen.» Quare nullam majorem gratiam divina munera accipiunt, cum perfecta sint; sed causa nostri tantummodo proponuntur, ut per ea necnon et preces sanctificemur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΗ'.

Ἐν τῇ λειτουργίᾳ τῶν προηγιασμένων χρὴ προσφέρειν καὶ τμῆμα τοῦ θείου ἄρτου ἢ ὅλον;

Ὀφείλει δὲ καὶ ὁ ἄρτος μὴ τμῆμα εἶναι, ἀλλὰ τέλειος, ὡς ἂν μελισθῇ κατὰ τὸ ἔθος, καὶ κλασθεὶς μεταδοθῇ. Τοῦτο γὰρ λείπεται ἀπὸ τῆς ἐνταλοῦς λειτουργίας. Καὶ τὸ ζέον δὲ τότε εἰσάγεται, οὐ χάριν τινὸς τελειώσεως, ἐπεὶ οὐδὲ κατὰ τὴν τελείαν λειτουργίαν διὰ τελείωσίν τινα εἰσάγεται, ἀλλ' ὅτι χλιαροῦ τοῦ φριτοῦ ποτηρίου γευόμενοι, ἐννοῶμεν, ὡς καὶ νεκρωθέντος Χριστοῦ, τὸ ζωοποιὸν αὐτοῦ σῶμα ἀχώριστον ἦν καὶ ἀδιαίρετον τῆς θεότητος, ὡς καὶ ἡ θεία ψυχή, καὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ Πνεύματος πλήρες. Καὶ τοῦτο τὸ θερμὸν ἐκτυπεῖ, ὅτι ζωοποιὸν τὸ Πνεῦμα, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ μὴ ἀποστὰν, οὐδὲ ἡ θεότης αὐτοῦ κεχώρισται. Ἅμα οὖν καὶ τὸ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα εἰκονίζει, ὕδωρ καλούμενον, καὶ τὸ θερμὸν ὡς τοῦ πυρὸς τὴν θεότητα. Ὅτι ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ κατανάλισκον, φησί. Διὸ καὶ ἐπιλέγει, « Ζέσις Πνεύματος ἁγίου. Ἀμήν. » Ὅθεν καὶ οὐ πλείονα χάριν τινὰ τὰ θεῖα δῶρα λαμβάνουσι τέλεια ὄντα· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς προτίθεται μόνον, ἵν' ἁγιασθῶμεν ἡμεῖς δι' αὐτῶν τε καὶ τῶν εὐχῶν.

A

B

QUÆSTIO LIX.

Quare et in aliis anni diebus non celebretur missa Præsanctificatorum.

Diebus, quibus ex præscripto Præsanctificatorum missa non imperatur, ab ea celebranda abstinendum est: qui enim præter id quod traditum est agit, pœnis obnoxius fit. « Servate namque, ait Paulus, traditiones, quas tradidimus vobis, sive per vocem, sive per epistolam. » Hoc itaque et in aliis servandum est omnibus, quæ ab antiquo nobis tradita sunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΘ'.

Διατί καὶ ἐν ἄλλαις τοῦ χρόνου ἡμέραις οὐ λειτουργεῖται ἡ λειτουργία τῶν προηγιασμένων.

Οὐ χρὴ παρὰ τὰς τεταγμένας ἡμέρας προηγιασμένα λειτουργεῖν· οὐ γὰρ παραδίδοται. Ὁ τοίνυν παρὰ τὰ παραδιδομένα ποιῶν κανονίζεται. « Φυλάσσετε γάρ, φησὶ Παῦλος, τὰς παραδόσεις ἃς παρεδώκαμεν ὑμῖν εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς. » Τοῦτο οὖν τηρητέον καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς παραδεδομένοις ἀνωθεν πᾶσι.

C

QUÆSTIO LX.

Ecquis primus tradiderit divinum sanctumque habitum monachorum, quare angelicus dicatur, et quæ sit illius traditi ratio.

De angelica et divina monastica professione primus scripsit Dionysius: sed illam instituit ipse Salvator, observaverunt ejus discipuli. Non enim solummodo a sanctis Pachomio, Paulo Thebano et Antonio incepit et leges invenit, ut quidam dixerunt, sed ab ipso Salvatore et in apostolos invexit; nam et illi monastice vivebant in continentia, in paupertate, in cibis, in vestibus, in orationibus; et inter successores aucta est et inter sanctos Patres mirifice splenduit. Quidam etiam fideles idiotæ consecrandi accedebant huic vitæ tempore jam apostolorum: et hoc manifestum est in monache Demophile quam Dionysius vocat Dei famulum vel monachum, Deum colentem: et mysterium exponit monasticæ perfectionis, quam aperte ponit postremo ordine eorum qui se Deo colendo devovent. Illud et prophetæ præfigurabant sicut et cætera vitæ Salvatoris; crucem et passionem, resurrectionem et ascensionem, nativitatem ejus sine semine humano, sanctissimum ejus baptisma et sanctam ejus

D

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ξ'.

Τὸ θεῖον καὶ ἅγιον σχῆμα τῶν μοναχῶν τίς ὁ παραδούς; καὶ πῶς ἀγγελικὸν λέγεται; καὶ διατί παραδίδοται;

Περὶ τοῦ ἀγγελικοῦ καὶ θείου μοναχικοῦ σχήματος πρῶτον μὲν ὁ θεῖος ἔγραψε Διονύσιος· τὸ περὶ τούτου δὲ καὶ αὐτὸς παρέδωκεν ὁ Σωτήρ. Καὶ τοῦτο οἱ τούτου ἐτήρησαν μαθηταί. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ὁσίων μόνον, Παχωμίου τε καὶ Θηβαίου Παύλου, καὶ Ἀντωνίου τοῦτο ἤρξατο ἢ νενομοθέτηται, ὡς τινές φασιν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος καὶ εἰς τοὺς ἀποστόλους ἐλθὸν, ἐπεὶ κἀκεῖνοι μοναδικῶς ἔζων ἔν τε ἁγνείᾳ καὶ τροφαῖς καὶ ἐνδύμασι καὶ ἀκτησίᾳ καὶ προσευχαῖς, καὶ εἰς τοὺς μετ' ἐκείνους ηὐξήθη, καὶ εἰς τοὺς ὁσίους Πατέρας ἐξέλαμψε. Καὶ ἱερομένοι δὲ μετήρχοντο τοῦτο καὶ ἰδιῶται τινες ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀποστόλων. Καὶ δῆλον ἀπὸ μοναχοῦ Δημοφίλου, ὃν θεραπευτὴν ἤτοι μοναχὸν, Θεὸν θεραπεύοντα, ἢ Θεοῦ θεράποντα καλεῖ Διονύσιος. Καὶ μυστήριον ἐκτίθεται μοναχικῆς τελειώσεως, καὶ τὴν τάξιν τούτου, ὅτι εὐθὺς μετὰ τοὺς ἱερομένους ἐστί. Προετύπωσαν δὲ τοῦτο καὶ οἱ προφῆται, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ Σωτῆρος, τὸν σταυρὸν καὶ τὰ πάθη, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀνάληψιν, καὶ τὸν χωρὶς σπορᾶς τόκον, καὶ τὸ

Digitized by Google

θειότατον βάπτισμα, καὶ τὴν ἱερὰν πολιτείαν, ὡς εἴρηται, καὶ σχεδὸν 355 ἅπαντα, καὶ πλεῖστοι τῶν δικαίων καὶ προφητῶν, μάλιστα δὲ Ἠλιοῦ ἀναχωρῶν, καὶ παρθένος μένων ὑπὲρ τὸν νόμον, καὶ Ἐλισσαῖος αὐτῷ καθυποτασσόμενος, καὶ οἰκῶν τὸ ὄρος, καὶ ὁ Βαπτιστὴς ὕστερον ἄγνὸς καὶ γυμνὸς καὶ ἄτροφος διαιτώμενος, καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις οἰκῶν καὶ κηρύττων μετάνοιαν. Τετέλεικε δὲ καὶ παραδέδωκεν, ὡς ἔφημεν, ὁ Σωτὴρ, δι' ὃν πάντα προετυπώθη, ὁ καὶ μόνος ὑπάρχων ἀλήθεια, ἐκ Παρθένου ἁγνῆς τεχθείς, καὶ παρθένος μένων, καὶ ἁγίως ζῶν, καὶ πτωχεύων, καὶ πεζοπορῶν, καὶ μὴ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, καὶ εὐτελῶς διαιτώμενος, καὶ ὑποτασσόμενος ἄχρι θανάτου τῷ Πατρὶ, καὶ διωκόμενος καὶ θλιβόμενος καὶ πάσχων καὶ θανατούμενος, καὶ πάντα ὑποφέρων πρᾴως, καὶ ἀναχωρῶν πολλάκις, καὶ κατ' ἰδίαν προσευχόμενος, τὰ τῆς ἡσυχίας τυπῶν· ὅτι καὶ τὰ τελεώτερα ἐν τῷ ὄρει ἐδίδαξε, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ τῆς θεότητος ἔδειξεν, ἣν ἀεὶ τοῖς καθαιρομένοις δι' αὐτὸν καὶ ποθοῦσιν αὐτὴν ὁλοκαρδίως φανερὸν, καὶ μᾶλλον τοῖς ζητοῦσι δι' ἡσυχίας. Καὶ κοινοῦ δὲ βίου τάξιν ὑπέδειξε διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. Καὶ τὸ καταλιμπάνειν δὲ πατέρας δι' αὐτὸν, ἀδελφούς τε καὶ γυναῖκα, καὶ τέκνα καὶ συγγενεῖς καὶ ἀγροὺς καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, νενομοθέτηκε τοῖς θέλουσιν αἴρειν τὸν σταυρὸν, καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἀκολουθεῖν, καὶ μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἀξίους αὐτοῦ μόνους ἔφη τοὺς αὐτὸν ἀγαπῶντας μόνον πλέον τοῦ κόσμου παντός. Λοιπὸν τὸ σχῆμα τὸ ἅγιον καὶ προφητικὸν καὶ ἀποστολικὸν, καὶ ἐξαιρέτως ἀγγελικὸν, ὡς τὴν παρθενίαν τῶν ἀγγέλων μιμούμενον καὶ ὑποταγὴν καὶ ὑμνολογίαν, καὶ ἀκτημοσύνην, καὶ ἄγρυπνον προσευχὴν, καὶ δοξολογίαν καὶ λειτουργίαν ἀκάματον. Ἴδιά δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐστι πολίτευμά τε καὶ σχῆμα. Οὗτος γὰρ ἐπανορθῶν ἡμῶν τὴν φύσιν, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανάγων, καὶ Θεοῦ καθ' ὁμοίωσιν ποιῶν, ἡμῖν ἠνώθη, καὶ καθ' ἡμᾶς γέγονε. Καὶ ἀναιρῶν τὴν παροῦσαν τοῦ κόσμου φθαρτὴν ζωὴν, ἥτις συνίστη διὰ τῆς παραβάσεως καὶ ῥοῆς, τὴν ἐπουράνιον ταύτην ζωὴν καὶ πολιτείαν ὑπέδειξε. Καὶ λοιπὸν οὐκ ἔτι ἐπίγειος καὶ τοῦ κόσμου τούτου ὁ μοναχὸς, ἀλλ' ὑπερκόσμιος καὶ οὐράνιος, καὶ τὸ πολίτευμα ἀληθῶς μετὰ τοῦ Παύλου ἔχων ἐν οὐρανοῖς, καὶ τοῦτο ἐπαγγελλόμενος. Διὸ γινωσκέτω πᾶς μοναχὸς, ὡς οὐκ ἔστιν ἔτι τῆς παρούσης ζωῆς, ἀλλὰ τῷ ᾒ᾽ῳ τούτῳ νενέκρωται, καὶ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἐπουράνιος ἄνθρωπος· καὶ κατὰ Παῦλον αὖθις εἰπεῖν, « Ὁ κόσμος αὐτῷ ἐσταύρωται, καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ. » Καὶ τὸ σχῆμα δὲ τοῦ μοναχοῦ ἅπαν τοῦτο δηλοῖ. Καὶ μέλαν μὲν ἅπαν διά τε τὸ πένθος καὶ τὸν θάνατον τῆς σαρκὸς, καὶ τὸ ζοφῶδες τῆς ἁμαρτίας· ἐκ τριχῶν δὲ διὰ τὴν νέκρωσιν, καὶ τοὺς δερματίνους χιτῶνας. Καὶ χιτὼν μὲν διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ χάριν, τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα· παλλίον δὲ διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ σκέπην· κουκούλιον δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν καὶ φυλακὴν τῶν αἰσθήσεων, καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην,

A conversationem, ut dictum est : omnia ferme ejus vitæ in plerisque sanctorum et prophetarum. Maxime quidem in Elia, qui, solus vivens, supra legem virgo permansit ; et in Elisæo qui illi subjectus erat, et in monte habitabat, et in Baptista denique, qui castus, nudus vivebat, nec manducabat, et in desertis habitans pœnitentiam prædicabat. Hæc omnia adimplevit Salvator et continuanda tradidit ea quæ de ipso præfigurata fuerant. Solus enim est veritas et in veritate complevit omnia. Ex castissima Virgine natus est, virgo permansit, sanctissime vixit, cibum mendicavit, pedibus iter fecit, non habuit ubi caput reclinaret, parce vixit usque ad mortem Patri optime subjectus ; persecutus, attritus et interemptus est, omnia æquo sustinens : sæpe loca remota petens, solus orabat, pacis desiderium significans ; perfectiora in monte docuit, et in monte quoque gloriam divinitatis ostendit, quam in æternum possidendam concessurus erat omnibus qui illum toto corde desiderantes pacem maxime quæsierint. Apostolis autem suis normam communiter vivendi ostendit, aperte docens propter ipsum relinquendum esse patrem et fratres et uxorem, et filios, et agros et omnia quæ in mundo sunt, præscripsitque eis tollere crucem, ut ipsum sequentes et diligentes super omnia quæ in mundo sunt ejus discipuli, magistro digni sic solum fieri possent. De reliquo vita ejus sanctissima ut prophetam decet et apostolum, sive potius angelum ; nam angelorum virginitatem imitatus est et obedientiam et concentus et paupertatem et vigilantem orationem et ad Deum laudes et indefessam adorationem : hæc erat propria Salvatoris nostri et vita et professio, et ita naturam nostram reparavit, et ad priorem reduxit gloriam, et nos exaltavit usque ad similitudinem Dei, dum similis nobis factus est : mundique corruptam et fluxam destruens vitam quæ nunc est et quæ in peccatis constituebatur, illam supercœlestem vitam et mortem docuit. Monachus igitur non terrenus est hujus mundi, sed cœlestis et super humana negotia, et ejus conversatio vere, juxta Paulum, in cœlis est, et hoc Jesus docuit. Idcirco omnis monachus sciat, quia non jam hujus est vitæ ; sed præsenti vitæ mortuus, incorruptibilis et cœlestis homo esse debet : et cum Paulo dicat : « Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [30]. » Hoc enim et tota monachi persona demonstrat. Color niger ut ostendat luctum et tristitiam et interitum carnis, et peccati tenebras. Tonsura capillorum propter mortificationem. Tunica pellicea propter gratiam Dei, vestimentum puritatis. Pallium autem ut tegumentum Dei. Cucullio propter innocentiam et custodiam sensuum, et humilitatem et ad custodiendam puram et fortem animam in regendo corpore. Scapulare ad significandum crucem gestandam esse humeris post Salvatorem. Zona dicit fortitudinem, pudentiam et castitatem. Sandalia portat ut rectam ambulet viam

[30] Galat., VI 14.

Digitized by Google

et desuper gradiatur frangatque omnem inimici virtutem. Denique penula providentiæ Dei imaginem refert quæ omnia continet, regit et conservat ; significat deinde sepulcrum corporis, et tandem nihil monachum posse facere de mundanis actibus, cum manus sub penula latentes habeat. In omnibus denique istis imago est crucis, nam crucifixa esse debet tota vita monachi ; etenim crucem Domini imitatur et portat, cum, ut uno verbo dicam, habitus ille errorem depellat, et maledictum mortis auferat, et hominis substantiam liberet ab infirmitate, ab omni labe et arceat a voluptate : et paradisum aperit et cœlum, immortalitatem donat, et jam in terra cœlestis est principium vitæ. Indumenta vero monachi non solum oportet ut non sint variegata, sed neque serica vel linea esse debent, sed ex lana tantum et omnino paupertati consentanea, in operimentum solummodo gestata. Habitus enim monachi longe sit a lautitia et a splendore et magnificentia : sed tantum habeat quæ necessaria sint et quasi redoleant indigentiam, minime vero superfluitatem. Curent enim ita vivere, ut adorent atque serviant constanter juxta prophetas et apostolos.

Ὁ λαβὼν χάριν λειτουργίας, καὶ μὴ ποιήσας, ἐνέχεται καὶ διὰ τὸ μὴ ποιῆσαι, καὶ διὰ τὸ ἀποστερῆσαι τοῦ ἁγιασμοῦ τὸν προσενεγκόντα. Οὐ γὰρ λειτουργίας λαμβάνει ἁγιασμὸν, ἀλλ' ἴσως ἐλεημοσύνης μισθόν· καὶ οὐ τοσοῦτον, οἷον εἰ δέδωκε πένητι. Διὸ πᾶς ὁ λαβὼν λειτουργείτω, ἵνα μὴ καὶ ὡς ἀδικῶν, καὶ ὡς κλέπτων, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποστερῶν τοῦ ἁγιασμοῦ, κατακριθείη παρὰ Θεοῦ.

C

QUÆSTIO LXXIV.

Sacerdos liturgiam celebrandam in se suscipiens si eam non celebret, quid prosit ei qui pro illa facienda donum obtulit, et num ad illam obeundam sit obligatus.

Qui accepit in gratiam sacrificii, si hoc non adimpleat, vere reus est quod non satisfecerit, et quod offerentem fructu et sanctificatione sacrificii privaverit. Non enim sacrificii meritum suscipiet, sed tantum pretium eleemosynæ, minus tamen quam si pauperi tribuerit. Quare omnis qui sic accipit celebret sacrificium, ne condemnetur a Deo ut injustus, ut fur, qui fratrem fructu sacro spoliavit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΕ'.

Ποία κρείττων ἐλεημοσύνη ἐστίν;

Ὁ βουλόμενος ποιεῖν ἐλεημοσύνην, εἰ δύναται περὶ πάντων ὑπὲρ ἐλευθερίας, ὡς ἔφημεν, ποιείτω τῶν αἰχμαλώτων, καὶ μάλιστα νηπίων καὶ παίδων κινδυνευόντων κατὰ ψυχήν· εἶτα ὑπέρ τε ἱερέων αἰχμαλώτων καὶ γηραιῶν καὶ λοιπῶν. Δεύτερον δὲ διδότω ἀσθενέσι λελωβημένοις τε καὶ λοιποῖς τοῖς καὶ πολλῆς βοηθείας δεομένοις. Σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τοῖς διὰ Θεὸν ἐναποκλείστοις τῶν μοναχῶν, ὡς οἱ Πατέρες φασὶν, ἕνεκα Θεοῦ δοῦλοι οὗτοι, καὶ ἔργον ἐνεργοῦσιν ἀγγέλων, καὶ διὰ Θεὸν εἰσὶν ἐναπόκλειστοι, καὶ εἴ γε ζῶσι κατὰ Θεὸν, ἐν αὐτοῖς πᾶσαι πληροῦνται αἱ ἐντολαί· ἔπειτα τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ χήραις, καὶ λοιποῖς ἄλλοις, μὴ ἔθος ἔχουσι τῆς οἰκίας ἐξελθεῖν· καὶ τελευταῖον τοῖς λοιποῖς ἅπασι πτωχοῖς. Καὶ ἡ τῶν

D

QUÆSTIO LXXV.

Quodnam sit genus optimum eleemosynæ.

Qui eleemosynam facere in animo habuerit, ante omnia, ut diximus, faciat in libertatem captivorum, maxime infantium et puerorum qui in periculo sunt pro anima; deinde pro sacerdotibus captivis, pro senibus et cæteris omnibus. Postea injuriose tractatis egentibus eroget et cæteris quibus auxilio præstantiori opus est. Inter quos annumerandi sunt et monachi propter Deum reclusi, ut loquuntur Patres, sunt enim Dei servi, angelorum operibus occupati, reclusionem propter Deum eligentes; cumque secundum Deum vivant, in ipsis omnia adimplentur mandata; deinde carcere detentis et viduis tribuendum et cæteris, qui a domo discedere non solent; postremo miseris quibuscumque. Curam quoque

Digitized by Google

agat hospitum, maxime egentium, et copiosa fructur mercede, ut Deus Salvator noster et judex docuit.

A

QUÆSTIO LXXVI.

Si quis habeat decem numismata, præstoque sint captivus unus et pauperes decem, cuinam ex his largietur?

Si decem numismatum pretio redimi possit captivus, potius in id sunt eroganda quam ad sublevandos decem vel plures pauperes qui non indigent, nisi alimentis ad victum, sed quibus spes inveniendi apud benefícos remanet. Si vero pauperes isti sint in extrema fame constituti cum periculo mortis, inter captivum et illos partienda eleemosyna. Prius enim præstanda sunt necessaria auxilia.

B

QUÆSTIO LXXVII.

Daturus eleemosynam unum dabit ipse per se an per Patrem spiritualem?

Quod quis dare debet in eleemosynam nihil hæsitans et fide certa, melius est ut det per Patrem suum spiritualem, ne si dederit ipse vanæ gloriæ sit obnoxius, neve donet forte cum minori utilitate et fructu, et aliunde ut addat meritum agendo per obedientiam. Si autem hæsitaverit vel non habeat fidem in bonam Patris administrationem, ipse eleemosynas distribuat.

C

QUÆSTIO LXXVIII.

Quomodo blasphemanti in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro ævo est peccatum remittitur? Nunquid igitur etiam in futuro ævo est peccatorum remissio? an major est Spiritus sanctus Patre Filioque?

Ei qui blasphemat contra Spiritum sanctum non dimitti peccatum neque in præsenti sæculo neque in futuro, semper docuerunt: non quod in futuro sæculo unquam possit esse remissio, sed quod hic non remittitur neque illic remittetur: illudque maxime certum est quod illic non remittatur antequam hic fiat remissio. Itaque usque ad ultimum vitæ spiritum spatium est pœnitentiæ. Non vero propter hoc excellentior est Spiritus sanctus Patre vel Filio; sed similis utrique et consubstantialis potius ostenditur. Non enim hoc Salvator dixit nisi propter divinam qua signa faciebat potestatem, qua pariter dæmones ab hominibus ejiciebat, quæ quidem potestas et auctoritas Patri et Filio et Spiritui sancto est communis, ita ut negatio Spiritus sancti in totam Trinitatem recidat, contra sic blasphemantes. Omnis ergo hæreticus in hoc cum aliis blasphemans donec manet in hæresi non habet remissionem. Enimvero dictum est: Blasphemanti in Filium hominis, remittetur illi [17], hoc est qui blasphemaverit in naturam humanam, per quam vere hunc esse hominem videre poterant Judæi, licet non possent cognoscere quod in eo majus erat; et de hoc eorum absolvebat peccatum, sicut orabat pro crucifigentibus. Sed cum quidam blasphemarent dicentes illum divina signa in Beelzebut facientem, maxime egentium, et copiosa fructur mercede, ut Deus Salvator noster et judex docuit.

D

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΖ'.

Εἰ ἔχων τις νομίσματα δέκα, αἰχμάλωτος δ' ἐστὶ καὶ πένητες δέκα, τίνι δώσει ἐκ τούτων,

Εἰ δύναταί τις διὰ τῶν δέκα νομισμάτων αἰχμάλωτον ῥύσασθαι, κρεῖσσον δοῦναι ὑπὲρ αὐτοῦ ἢ περ εἰς δέκα ἢ καὶ πλείονας πτωχοὺς τοὺς διὰ τροφὴν αἰτοῦντας μόνον, εἴγε ἐλπὶς ταύτην παρ' ἄλλων εὑρεῖν. Εἰ δὲ λιμοῦ κίνδυνος καὶ θανάτου, καὶ τῷ αἰχμαλώτῳ καὶ τοῖς πτωχοῖς μεριστέον. Τὰ γὰρ τῆς βίας ἀναγκαιότερα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΗ'.

Ὁ θέλων ἐλεημοσύνην ποιῆσαι δι' αὐτοῦ ποιήσει, ἢ διὰ πνευματικοῦ Πατρός;

Ὁ ὀφείλει τις δοῦναι εἰ πληροφορεῖται καὶ πίστιν ἔχει, μᾶλλον διδότω διὰ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἵνα μὴ κενοδοξήσῃ δίδους, ἢ μήποτε οὐκ εἰς ἀναγκαῖα καὶ ἐπωφελέστερα δώσῃ, καὶ ἵνα ποιῇ μεθ' ὑποταγῆς. Εἰ δ' οὐ πληροφορεῖται, οὐδ' ἔχει πίστιν ἀσφαλῆ πρὸς τὸν ἐξοικονομοῦντα, ἀφ' ἑαυτοῦ ποιείτω πλὴν μετὰ ἐρωτήσεως.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΘ'.

Πῶς τῷ βλασφημήσαντι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφίεται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι; Ἆρα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἄφεσις; ἢ μεῖζον τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ;

Τῷ βλασφημήσαντι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφίεσθαι οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι τὸ διηνεκὲς ὑπεμφαίνει· οὐχ ὅτι ἔστιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνί τις ἄφεσις, ἀλλ' ὅτι ὅπερ ἀσυγχώρητον ἐκ τῶν ὧδε, κἀκεῖσε ἔσται· καὶ μᾶλλον τοῦτο συνιστᾷ τὸ μὴ εἶναι ἐκεῖσε ἄφεσιν πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐκ τῶν ἐντεῦθεν. Διὸ καὶ ἄχρι τελευταίας ἀναπνοῆς ἡ μετάνοια. Οὐχ ὑπερέχον δὲ διὰ τοῦτο τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἀλλ' ἴσον καὶ ὁμοούσιον μᾶλλον δείκνυται. Οὐ γὰρ δι' ἄλλο τι λέλεκται τοῦτο τῷ Σωτῆρι ἢ διὰ τὴν θείαν **364** δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, δι' ἧς ἐποίει τὰ σημεῖα, καὶ τὰ δαιμόνια τῶν ἀνθρώπων ἐδίωκεν· ἥτις δύναμις καὶ ἐνέργεια κοινή ἐστι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὥστε ἡ ἀπόφασις αὕτη κατὰ τῶν βλασφημούντων εἰς τὴν Τριάδα ἐστί. Καὶ πᾶς αἱρετικὸς ἐκ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων βλασφήμων ἐν τῇ αἱρέσει μένων, οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Καὶ γὰρ τῷ μὲν βλασφημήσαντι, φησὶν, εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ, τουτέστιν εἰς τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τὸ ὁρᾶν ἀληθῶς αὐτὸν μετὰ σαρκὸς ἄνθρωπον τότε τοὺς Ἰουδαίους, καὶ μὴ δύνασθαι νοεῖν ὑψηλότερον, καὶ τὴν περὶ τούτου ἥφιεν ἁμαρτίαν, ὡς καὶ ὑπὲρ τῶν σταυρωτῶν αὐτοῦ ηὔχετο. Τὸ δὲ τὰ θεῖα σημεῖα λέγειν αὐτόν τινας βλασφημοῦντας ἐν Βεελζεβοὺλ ποιεῖν, καὶ τὴν θείαν δύναμιν ἀθετεῖν, τοῦτο ἔλεγεν

[17] Luc. XII, 10.

Digitized by Google

ἀσυγχώρητον. Πλὴν τοῖς μὴ προσελθοῦσι τῇ πίστει ἀσυγχώρητον ἔσται μόνοις· πᾶς δὲ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται. Καὶ περὶ τούτου πολλοὶ φασι τῶν ἁγίων, καὶ Παῦλος ὁ πρώην βλάσφημος καὶ χριστοκήρυξ ὕστερον μαρτυρεῖ.

cere, et sic negarent ipsi potestatem Dei propriam: hoc dixit irremissibile; illis tamen tantummodo qui fidei meritum abnuent; nam omnis qui crediderit et baptizatus fuerit salvabitur. De hoc loquuntur plurimi sanctorum, et ipse Paulus primum blasphemator, deinde Christi prædicator, testatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΘ'.

Τί τὸ, « Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε· » καὶ τίνες αἱ ἑπτὰ αἰνέσεις εἰσί;

Τὸ, « Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε, » τὸ πολλάκις δηλοῖ διαπαντὸς, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ὁ αὐτὸς ψαλμῳδὸς προφήτης φησίν, « Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ. » Καὶ πάλιν, « Διαπαντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. » Καὶ ὁ θεῖος δὲ Παῦλος, « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. » Ἐξαιρέτως δὲ ὁ μόνος Σωτὴρ οὗτος διδάσκει· « Γρηγορεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι. » Διατί; Ἵνα ὦμεν ἓν μετὰ τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἔργον ἐστὶν ἀδιάλειπτον· ἡ προσευχὴ γὰρ ἕνοῖ τῷ Θεῷ· ὃ πάντων ἔργων ἐστὶ μέγιστον. Καὶ τί κρεῖττον τοῦ ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ, καὶ εἶναι μετὰ Θεοῦ; ὅπερ ἔργον ἀγγέλων ἐστὶν ἀδιάλειπτον. Ἐν τούτῳ οὖν καὶ ὡς ἄγγελοί ἐσμεν, καὶ λειτουργοὶ Θεοῦ, καὶ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ καθαροὶ τὴν καρδίαν, καὶ Θεὸν ὁρῶντες, καὶ ὁμνῳδοὶ θεῖοι, καὶ τὴν ὀφειλὴν ἀποδιδόντες αὐτῷ. Ἐκ τούτου δὲ καὶ καθαιρόμενοι, καὶ λύσιν λαμβάνοντες τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ λυτρούμενοι ἐκ τοῦ πονηροῦ καὶ ἐκ παντὸς πειρασμοῦ, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐπερχομένων δεινῶν, καὶ ἄξιοι γινόμενοι τῆς αὐτοῦ παραστάσεως, καὶ τοῦ φωτισμοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας καταξιούμενοι. Καὶ ἔτι τίς ἀριθμήσει, ἢ τίς δυνήσεται ἐξεικεῖν ὀξίως τὰ διὰ τῆς προσευχῆς ἡμῖν χορηγούμενα; δι' ἧς πᾶν ὃ αἰτοῦμεν λαμβάνομεν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς ἐπηγγείλατο. Καὶ σημεῖα δὲ καὶ τέρατα γέγονε δι' αὐτῆς καὶ γίνεται, καὶ σωτηρία πολλοῖς, καὶ ἰαμάτων δωρήματα, καὶ πᾶν ὅ τι τῶν ἀγαθῶν· καὶ οὐδὲν ἀγαθὸν χωρὶς ταύτης· καὶ περὶ πάντων τοῦτο ἔργον τῆς Ἐκκλησίας, ὡς καὶ τῷ Σωτῆρι καὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς Πατράσιν ἀνελλειπές. Πάντοτε μὲν οὖν τοῦτο τὸ ἔργον ἡμῖν ὡς δούλοις καὶ κτίσμασιν ἀναγκαῖον καὶ κεχρεωστημένον προσφέρειν τῷ Θεῷ, καὶ οὕτω λυστελέστατον· ὅμως δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ τοῖς ὀλιγώρως ἔχουσι καθ' ἡμᾶς καὶ καιροὶ εἰσι τεταγμένοι, ὃν καὶ ὁ Δαβὶδ ἐτήρει καὶ ἡ Ἐκκλησία τηρεῖ. Διὸ καὶ, « Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην, » φησί. Καὶ ἡμεῖς τὰ τοῦ μεσονυκτικοῦ σὺν ἐκείνῳ ψάλλομεν, καὶ τὸ, « Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω, » καὶ ἡμεῖς τὰ τοῦ ὄρθρου, καὶ τὸ, « Πρόσχες εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, καὶ τὸ προσ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με, » καὶ ἡμεῖς σὺν τούτῳ τὰ τῆς πρώτης ὥρας λέγομεν. « Καὶ ἑσπέρας καὶ πρωὶ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀναγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου, » καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ὡρῶν καὶ τοῦ ἑσπερινοῦ

QUÆSTIO LXXIX.

Quis sensus verborum, « Septies per diem te laudavi; » et quænam sunt septem illæ laudationes?

Illud : « Septies in die laudem dixi tibi [1], » significat pluries aut semper, ut alibi loquitur ipse propheticus Psaltes : « Benedicam Dominum in omni tempore [2]; » et iterum : « Semper laus ejus in ore meo [3]. » Et sanctus Paulus : « Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite [4]. » Excellentius ipse Salvator hoc docet : « Vigilate itaque omni tempore orantes [5]. » Quarenam? Ut simus unum cum Deo, opere scilicet perpetuo fungentes. Oratione conjungimur Deo; hoc est operum omnium maximum. Quid enim dignius quam Dei colloquio uti, et Deo adesse? Hoc opus angelorum assiduum. Dum igitur tali operi vacamus sicut angeli sumus, et Dei ministri, et voluntatem ejus perficientes, immaculati corde, Dei spectatores, divini modulatores, ipsi Deo familiariter inservientes. Per orationem enim mundamur, et peccatorum remissionem accipimus; a malo et ejus tentationibus omnibus liberamur, digni lumine et regno Dei habemur. Imo vero quis enumerare vel saltem dicere poterit quanta nobis per orationem proveniant bona? Quæcumque enim a Deo postulamus accipimus per eum, ut ipse promisit. Per orationem miracula prodigiaque effecta sunt et quotidie fiunt, et multi salvantur; fiunt curationum dona; et si quid bonum omne ab ipsa, et sine illa nullum bonum. Denique hæc est ante omnia opus Ecclesiæ a quo nec Salvator, nec apostoli, nec Patres unquam recesserunt. Nobis igitur continua necessitate incumbit hoc opus, et cum simus servi Dei et creaturæ ut munus debitum nobis mandatur summe item proficuum; propter autem infirmitatem simul, quantum ego judico, eis qui negligenter agunt statuta orationibus deducuntur tempora, quæ et servabat David et nunc quoque servat Ecclesia. Ideo dicebat David : « Media nocte surgebam [6], » et nos media nocte cum ipso psallimus; et alibi : « Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo [7]. » Et nos diluculi habemus laudes. Ait iterum : « Mane exaudies vocem meam [8], » et : « Mane astabo tibi, et videbis me [9]. » Et nos cum eo horæ primæ dicimus orationes. Et ait, « Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo; et exaudiet vocem meam [10]. » Et nos cantamus Deo horas et canticum vespertinum. Ait porro : « Lavabo per singulas noctes lectum meum, et lacrymis meis stra-

[1] Psal. CXVIII, 164. [2] Psal. XXXIII, 2. [3] Ibid. [4] I Thess. V, 17, 18. [5] Luc. XXI, 36 [6] Psal. CXVIII, 62. [7] Psal. LXII, 1. [8] Psal. V, 4. [9] Ibid. 5. [10] Psal. LIV, 18.

Digitized by Google

tum meum rigabo [11-13]. » Nos quoque Domino post cœnam vicissim cantamus. Ille autem semper cantabat et orabat juxta illud : « Exaltabo te, Deus meus, rex, et benedicam nomen tuum in sæculum. » Et : « Per singulos dies benedicam tibi; et laudabo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi [14]. » Et : « Adhæsit anima mea post te [15]. » Etiam nos adunat et invitat dicens : « Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi [16]. » Nos quoque jugiter in horis statutis Deum laudemus, et alacriter surgamus, et tota spiritus intelligentia eum cantemus, quia ipse est Dominus Deus noster, et ipse salvabit nos. Primo quidem septuplicem laudem in Ecclesia habemus ; mediæ noctis canticum et diluculi, cum prima hora, hora tertia, sexta, nona, et vespertinus post cœnam cantus. Hymnus autem mediæ noctis propter Salvatoris resurrectionem et secundum adventum, cum veniet ut sponsus gloria circumdatus. Dicit enim ipse : « Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam ei [16]. » Hymnus diluculi in gratiarum actionem quod fugans tenebras nobis fecit lucem illucescere. Ideo statim post illum agitur laus horæ primæ, ut in principio diei ad Deum, canentes gloriam ejus accedamus. In tertia hora de Spiritus sancti effusione gratias cantantes agimus. Sexta hora crucifixionem Salvatoris recordamur qui in hac cruci affixus est, ut Adæ culpam evacuaret, quæ pariter hora sexta locum habuerat. Hora nona Domini nostri mortem canit vivificantem in cruce, per quam Adæ solvit condemnationem. Cantus vespertinus ad hoc promittur ut gratias Deo agamus, quod in diei finem pervenimus et ad honorandam Salvatoris sepulturam, quæ vespertinis horis adimpleta est. Et denique post cœnam iterum laudamus Deum, quia post laborem nobis advenit requies ; et ipsi consecramus initium noctis, postulantes ut tota labatur in pace, et ut in pace dormientes iterum surgamus et lucem videre possimus, atque omnia subtilius et divinius a nobis probe intelligentibus cognoscantur. Meminisse enim debemus somnum esse mortis imaginem, dum evigilatio nobis indicat illam post mortem futuram resurrectionem. Item noctis et diei successio nobis sperandum innuit post hanc umbris offusam impacatamque et curis exercitam vitam fore ut illucescat tandem illa sine occasu dies et tranquilla sine fine vita. Cætera autem similiter oportet intelligat qui Deum diligit, ut alibi nos pro viribus exposuimus juxta placita Patrum. Septuplex igitur Deo laus est dicenda ; sed præ illis omnibus suam unicam, propriam et altissimam ordinis rationem habet divina actio sanctæ mystagogiæ ; hæc enim proprium est opus et Domini et sacerdotum ejus, nec unquam adimpleri potest absque sacerdote vel altari. Hæc ergo quæ super mentem sunt donat, et eum qui digne participavit divina mysteria concorporalem efficit Christo, et ut

A ὕμνου τῷ Θεῷ μελῳδοῦμεν· καὶ, Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω, » καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ἀποδείπνων τῷ Κυρίῳ προσφέρομεν. Καὶ πάντοτε μὲν ἐκεῖνος ὑμνεῖ καὶ εὔχεται κατὰ τὸ, « Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα· » καὶ, « Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· » καὶ, « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. » Καὶ ἡμᾶς προσκαλεῖται λέγων, « Αἰνεῖτε τὸν **365** Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί. » Ἡμεῖς δὲ κἂν ἐν ταῖς ἀτετταγμέναις ὥραις τοῦτον αἰνέσωμεν, καὶ προθύμως στῶμεν, καὶ ὅλῃ διανοᾳ αὐτὸν ἀνυμνήσωμεν· ὅτι αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ αὐτὸς σώσει ἡμᾶς. Τέως δὲ

B ἑπτὰ αἰνέσεις παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσὶ, μεσονυκτικὸν, ὄρθρος ὀν τῇ πρώτῃ ὥρᾳ, τρίτη ὥρα, ἕκτη, ἐννάτη, ἑσπερινὸς, καὶ ἀπόδειπνα. Καὶ μεσονυκτικὸς μὲν ὕμνος διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, ὅτε ὡς νυμφίος μετὰ δόξης ἐλεύσεται. Καὶ γάρ φησιν αὐτὸς, « Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν· Ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· » ὁ τοῦ ὄρθρου δὲ δι' εὐχαριστίαν τοῦ λύσιν τὸ σκότος, καὶ ἐγγίζειν ἡμῖν τὸ φῶς. Διὸ συναπτῶς τούτῳ καὶ ἡ τῆς πρώτης ὥρας λέγεται αἴνεσις, εἰς ἀπαρχὴν τῆς ἡμέρας, μετὰ δοξολογίας προσαγομένη Θεῷ. Ἐν δέ γε τῇ τρίτῃ ὥρᾳ διὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ θείου Πνεύματος εὐχαριστοῦμεν καὶ μέλπομεν· ἐν τῇ ἕκτῃ δὲ διὰ τὴν τοῦ Σω-

C τῆρος σταύρωσιν, ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ σταυρωθέντος, ἐν ᾗ καὶ τὴν παράβασιν ἐξιάσατο τοῦ Ἀδάμ, ἐν αὐτῇ τῇ ἕκτῃ γεγονυῖαν. Ἡ ἐννάτη δὲ διὰ τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ζωοποιὸν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν θάνατον, δι' οὗ ἔλυσε τὴν κατάκρισιν τοῦ Ἀδάμ. Ὁ ἑσπερινὸς δὲ, εὐχαριστία ὅτι πρὸς τὸ τέλος κατηντήσαμεν τῆς ἡμέρας· ἔτι δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ταφήν· ἐν ἑσπέρᾳ γὰρ τέθαπται. Καὶ τὰ ἀπόδειπνα, ὅτι εἰς ἀνάπαυσιν κατηντήσαμεν ἐκ τοῦ κόπου, καὶ τὴν ἀπαρχὴν αὐτῷ τῆς νυκτὸς προσάγομεν, αἰτούμενοι πᾶσαν ἔχειν εἰρηνικὴν, καὶ ἵνα

D ἐν εἰρήνῃ ὑπνώσαντες ἀναστῶμεν, ἰδόντες πάλιν τὸ φῶς. Ἃ πάντα καὶ λεπτοτέρως καὶ θειοτέρως νοοῦνται τοῖς συνιοῦσι. Καὶ ἐκ μὲν τοῦ ὑπνώττειν καὶ ἐξεγείρεσθαι τὸν θάνατον ἔστιν ἐννοεῖν καὶ τὴν ἐκ τοῦ θανάτου μέλλουσαν ἐκείνην ἀνάστασιν· ἐκ τῆς νυκτὸς δὲ ἡμέραν τὴν ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ τούτου καὶ ταραχώδους βίου πρὸς τὴν ἀνέσπερον ἐκείνην ἡμέραν καὶ ζωὴν μεταβίωσιν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ὁμοίως χρὴ νοεῖν τὸν θεοφιλῆ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἡμεῖς περὶ τούτου κατὰ δύναμιν ἡμετέραν εἰρήκαμεν, ἀπὸ τῶν Πατέρων λαβόντες. Καὶ ἡ μὲν ἑπτάκις αἴνεσις ἐν τούτοις· ἡ θεία δὲ τάξις τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας ἴδια παρὰ πάσας ταύτας ἐστὶν, ὡς ἔργον οὖσα ἴδιον τοῦ Κυρίου καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ, καὶ μὴ δυνατὸν τελεῖσθαι ταύτην χωρὶς ἱερέως ὅλως, ἢ θυσιαστηρίου. Αὕτη τοίνυν τὰ ὑπὲρ νοῦν δωρεῖται· καὶ τὸν μὲν κοινωνοῦντα τῶν μυστηρίων ἀξίως σύσσω-

[11-13] Psal. vi, 7. [14] Psal. cxliv, 1, 2. [15] Psal. lxii, 9. [16] Psal. cxvi, 1. [16] Matth. xxv, 6.

Digitized by Google

μον ποιεῖται Χριστῷ, καὶ ἓν μέλος καθίστησι μετ' αὐτοῦ, καὶ ναὸν Κυρίου κατασκευάζει. Τοὺς μὴ κοινωνοῦντας δὲ δι' εὐλάβειαν, πίστει δὲ καὶ προθυμίᾳ παρισταμένους, τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρει, ἄλλοις πρὸς τὰ κρείττονα, μετὰ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἁγίων ἑνοῖ, ἁγιασμοῦ θείου πληροῖ, καὶ ψυχὴν φωτίζει, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, καὶ τὰ τοῦ σώματος αἰσθητήρια. Διὰ γὰρ τῆς ἱερουργίας τοῦ Κυριακοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, Πνεύματος ἁγίου ἐπιδημοῦντος, καὶ τηλικαύτης ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς γινομένης, τοῦ κοινοῦ ἄρτου καὶ ποτηρίου εἰς σῶμα ἀληθῶς καὶ αἷμα μεταβαλλομένου Δεσποτικὸν, αὐτὸ ἀληθῶς καὶ οὐκ ἄλλο, εὐδοκίᾳ Πατρὸς, αὐτουργίᾳ Υἱοῦ, καὶ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος. Τί οὐκ ἂν ἀγαθὸν χορηγηθείη τοῖς μετὰ πίστεως καὶ εὐλαβείας προσοχῆς τε καὶ προσευχῆς ἐκεῖσε παρισταμένοις; Οὐ γὰρ ἔτι εἰς γῆν εἰσιν οὗτοι, ἀλλ' εἰς οὐρανὸν ἀληθῶς. Οὕτω γὰρ ἠθέλησεν ὁ ἀγαθὸς ἁπάντων Δεσπότης καὶ τοῦ οὐρανοῦ βασιλεὺς, ἐπὶ τῆς γῆς καταβῆναι δι' ἡμᾶς, καὶ ἄνω ἡμᾶς ὑψῶσαι, καὶ πάντοτε εἶναι μεθ' ἡμῶν. Καὶ τὰ ξένα ταῦτα διὰ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργεῖ πανταχοῦ παρὼν, καὶ διὰ πάντων αὐτοῦ τῶν ἱερέων φιλάγαθος ὤν, ὡς καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ καὶ τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς λαμπρύνει τε καὶ ὑψοῖ, καὶ πάντας τοὺς αὐτοῦ ταπεινοὺς δούλους ἡμᾶς εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοιοῖ καὶ συμπαθῶς κατοικτείρει καὶ φωτίζων καθαγιάζει. Προσερχώμεθα οὖν μετὰ πόθου καὶ εὐλαβείας διηνεκῶς **366** εἰ δυνατὸν ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην προσευχὴν καθ' ἑκάστην τῇ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ· ὅτι οὐδὲν ἐξ ἄλλου παντὶ πιστῷ ὡς ἐκ τούτου τὸ ὄφελος. Καὶ μηδὲ ἱερεύς τις τούτου κατημελείτω, ἵνα μὴ καὶ αὐτῷ καὶ παντὶ πιστῷ μεγίστην προξενῇ τὴν ζημίαν. Καὶ γὰρ ἵνα βλάβην καὶ ζημίαν καθ' ὑπερβολὴν ἔχωμεν, καὶ πάντοτε μὲν εἰς τὰς προσευχὰς ὁ πονηρὸς ῥᾳθύμους τε καὶ ἀκηδιῶντας τοὺς εὐσεβεῖς ἡμᾶς καὶ ὀρθοδόξους ἐργάζεται· τοὐναντίον δὲ τοὺς ἀθέους καὶ αἱρετίζοντας εἰς τὰς μιαρὰς αὐτῶν προσευχὰς αὐτοὺς διεγείρει, ὡς ἂν ἐκεῖνοι μὲν διὰ τῶν ἐναγῶν προσευχῶν αὐτῶν, ὡς ἐπὶ πλέον βλασφημοῦντες καταχριθῶσι· θεομαχοῦσι γὰρ καὶ οὐκ εὔχονται· ἡμεῖς δὲ μὴ εὐχόμενοι τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, τῆς αὐτοῦ χάριτος στερηθῶμεν. Διὸ καὶ πάντοτε μὲν ἡμᾶς σπεύδει κωλύειν τῆς προσευχῆς, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν θείαν ἱερουργίαν. Καὶ ἐπιτίθεται βαρύτερον, καὶ τὴν θείαν θέλει κωλύειν λειτουργίαν. Καὶ ἢ ῥᾳθυμίᾳ ἢ εὐλόγοις δῆθεν αἰτίαις ἀπάγειν ταύτης ἐπιχειρεῖ· καὶ φαντασίαις δὲ νυκτεριναῖς τοὺς ἱερωμένους τε καὶ τοὺς βουλομένους μετέχειν τῶν μυστηρίων, ἐμποδίζειν οὐ παραιτεῖται, ὡς διὰ πολλῶν ἔγνωμεν, βασκαίνων τοῦ ἁγιασμοῦ καὶ τῆς δωρεᾶς, τοῖς τε ἱερωμένοις ὀρθοδόξοις ἡμῖν ἐν Χριστῷ καὶ τοῖς λαϊκοῖς, ἐκ τούτου μᾶλλον ὁ δείλαιος ἐλεγχόμενος καὶ καταισχυνόμενος, ὡς βάσκανος ὢν καὶ πονηρός. Καὶ ἄκων δὲ μαρτυρεῖ τὸ θεῖον τοῦ ἔργου, καὶ τὸ τῆς χάριτος μέγεθος. Οὐ γὰρ ἂν ἐκώλυε, μὴ μεγίστην νομίζων τὴν δωρεὰν, καὶ ὠφέλειαν. Ἀλλὰ προσεκτέον· καὶ τοῦτον μὲν συντρίψει Χριστὸς, τῇ ἐξομολογήσει δὲ καὶ ταπεινώσει ἐν μετα-

membrum unum illi coaptat, et templum Domino consecrat; eos etiam qui non communicant et qui erga illam in pietate zeloque radicati manent mundat a peccatis, mutat in melius, angelis et sanctis conjungit, sancta Dei gratia replet; animam, mentem et rationem illuminat etiam in corporis sensibus quasi repercussa vibratione. Etenim per oblationem corporis et sanguinis Domini, Spiritu sancto desuper obumbrante, tanta perficitur mutatio et transsubstantiatio, ut panis antea communis et potus vulgaris in corpus et sanguinem transeat; et vere superest corpus ipsum cum vero sanguine Christi, non aliud, voluntate Patris, opere Filii et cooperatione Spiritus sancti. Quod bonum non proveniet his qui fide firma, et pietate fervida attenti et orantes hujusmodi sacrificio assistent? Nec jam in terra tales erunt, sed vere in cœlum transibunt; ita enim voluit optimus omnium Dominus et cœlorum rex, qui propter nos in terram descendit ut nos elevaret in cœlos et semper nobiscum maneret. Et mirabilia hæc et terris aliena per sacerdotium operatur ubique vivens, et per omnes suos sacerdotes suæ bonitatis et dilectionis operarios. Et sicut omnes angelos et animas sanctorum claritate et fulgore vestit et elevat in sedes cœlestes, ita nos omnes servos suos humilimos in optimum mutat, et peramanter suscipit fovetque, ut lumine suo circumfusos societ sanctitati. Accedamus igitur assidue anhelantes desiderio et pietate ferventes, quantum possumus, ad sanctum sacrificium præ omnibus et singulis orationibus; quia ex nulla alia tanta potest fideli cuicunque obvenire utilitas. Et sacerdos nunquam illud negligens prætermittat, ne ipse sibi et omnibus fidelibus summum inferat damnum. Mirifice enim hic et præjudicium et damnum incurrere possumus; nam semper malus pios et orthodoxos in orando segnes et acediosos solet facere, atheos contra et hæreticos ad impuras et nefarias quas dicunt preces impellere satagit, ut suis orationibus magis ac magis blasphemantes condemnentur: Deum enim impugnant nedum orent; nos vero ne Deo nostro preces non fundentes gratia ejus destituamur. Ideirco semper nititur nos arcere ab oratione, sed maxime a sancto et divino sacrificio, et instantius premit ut impediat celebrationem Missæ, et sive negligentia justis de causis ab illa deterrere tentat; nec dedignatur nocturnis illusionibus, et eos qui consecraturi sunt et eos qui mysteria participare intendunt, ut in pluribus factum novimus, præpedire a proposito, irridens consecrationem Deo et Dei donum nobis consecrantibus in Christo et laicis, inde maxime improbitatis et nequitiæ convictus et fascinationis et pessimæ artis nota inustus. Invitus tamen operis illius divinitatem testatur et gratiæ excellentiam; dum enim ab illis dissuadet, sedulo cavet ne celsitudini et bono doni hujus attendatur. Sed diligenter animadvertendum est; hunc quidem Christus comminuet: confessione autem et humi-

Digitized by Google

litate in pœnitentia assidua ad Christum accedamus. « Accedite ad eum, dicit, et illuminamini, et facies vestræ non confundentur [17]. »

QUÆSTIO LXXX.

Quis est qui tantas et tam multas primus tradidit suscipiendas molestias, exercitationes, labores dolorosque, afflictiones carnis et vexationes, virginitatis et sanctimoniæ studium, ac super omnia summam patientiam ac submissionem? Quam ob causam hæc omnia, et quæ ex his utilitas?

Quantumvis mirum videatur quod quæris, esse scilicet sufferendos sanctos agones, varios carnis labores, dolorem quemque et tribulationem, paupertatem et animæ contritionem, ut est humilitas; et quæras ad quid hæc omnia, et quis ea constituerit; et denique quæ sit ex his utilitas; tamen utilissima est quæstio, ut intelligamus ea non esse hominis, sed opera Dei in suo Filio qui pro nobis incarnatus est in nostram reformationem, ut evacuemus illam quæ est ex luxuria consumptionem et ex præsumptione commissam culpam reparemus, et pulchritudine excellentiori gloriaque majori quam prius ditemur, sicut factum est humiliatione et paupertate Christi, qui sustinuit usque ad venditionem, ad irrisionem, ad improperia, ad tormenta, ad millia cætera mala et ad mortem usque, ut et nos omni intentione nitamur illum imitari, et æmulatores ejus sanctos, generose perferendo non solum tribulationes voluntate nostra quæsitas, sed et illas quæ præter voluntatem ingruunt tristi impetu, usque ad mortem millies si fieri posset pro Domino, summo cum nostro profectu, susceptam. Quomodo enim ad ipsum possemus accedere sine verberibus, etiamsi foremus innocentes? sed peccata nostra omnem excedunt numerum et modum. Vide ergo ut Salvatoris vestigia prementes doloris et pressurarum viam viventes ingressi, sunt et justi qui ejus typum olim gerebant, et prophetæ, et apostoli, et pastores, et martyres, et magistri, et eremitarum virginumque et omnium fidelium Dei amatorum turmæ; absque laboribus nullus est salvatus; in quibus omnibus excellentior dux atque magister Christus Deus noster, ut notavimus. Quis autem sit doloris et pressuræ carnis fructus et humilitatis et paupertatis, et obedientiæ pro Deo usque ad mortem, ipse sæpius nobis demonstravit, suum incorruptibile corpus ostendens, quod in cœlum est elevatum, cujus ope se nobis manducandum præbens, corpus humilitatis nostræ reformat [18], nos corruptibiles incorruptibiles efficiens, et constituit hæredes gloriæ suæ æternæ, « et procedent, ut ipse dixit, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii [19], » id est condemnationis. Omnis ergo dolor contra prævaricationem Adæ et superbiam pugnat, et peccatorum nostrorum justa retributio. Dictum est enim Adæ : « Maledicta terra

[17] Psal. xxxiii, 5. [18] Philip. iii, 21. [19] Joan. v, 20.

νοίᾳ διηνεκεῖ Χριστῷ προσερχώμεθα. « Προσέλθετε γὰρ (φησὶ) πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Π'.

Τίς ὁ τοσούτους παραδεδωκὼς πόνοις, ἀσκήσεις, κακοπαθείας, θλίψεις σαρκὸς καὶ πιεσμοὺς, παρθενίαν, ἁγνείαν, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἄκραν ὑπομονὴν καὶ ταπείνωσιν; Διατί ταῦτα; καὶ τίς ἡ ἐκ τούτων ὠφέλεια;

Εἰ καὶ θαυμαστὸν δοκεῖ ὁ ἠρώτησας περὶ τῶν ἀπαιτουμένων θείων ἀγώνων, διαφόρων πόνων σαρκὸς, κακοπαθείας ἁπάσης καὶ θλίψεως, ἔτι δὲ πτωχείας καὶ ψυχικῆς συντριβῆς, ἥτις ἐστὶν ἡ ταπείνωσις, ὅτι διατί ταῦτα, καὶ τίς ὁ ταῦτα παραδεδωκὼς, καὶ τίς ἡ ἐκ τούτων ὠφέλεια, ἀλλ' ἐπωφελὴς ἡ ἐρώτησις; ἵνα ἐννοήσαντες ὡς οὐκ ἀνθρώπου ταῦτα, ἀλλὰ Θεοῦ ἔργα εἰσὶ τοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμετέραν ἀνάπλασιν, ἵνα τῆς ἀπὸ τῆς τρυφῆς συντριβῆς ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς οἰήσεως πτώματος ἐπανακληθῶμεν, καὶ κρεῖττον τοῦ πρώτου κάλλος, καὶ μείζονα τὴν δόξαν πλουτήσωμεν, καθὼς καὶ διὰ τῆς ταπεινώσεως καὶ πτωχείας γέγονε Χριστοῦ, καὶ τῆς μέχρι πράσεως καὶ ἐμπαιγμοῦ καὶ ὀνειδισμῶν καὶ δεσμῶν, καὶ μυρίων ἄλλων παθῶν καὶ αὐτοῦ θανάτου θλίψεως, σπουδάσωμεν ὅλῃ προθέσει κατὰ μίμησιν αὐτοῦ καὶ τῶν ζηλωσάντων αὐτὸν ἁγίων, οὐ μόνον ἑκούσιον πᾶσαν θλῖψιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκουσίους ἐπιφορὰς γενναίως φέρειν ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, καὶ μυριάκις εἰ δυνατὸν ἦν· ὅτι καὶ ἡ πρὸς τὸν Δεσπότην ὀφειλὴ ὑπὲρ λόγον. Καὶ τί προσάξομεν τούτῳ εἰ καὶ ἀνέγκλητοι ἦμεν ἀντὶ καὶ μόνου ῥαπίσματος; καὶ ὅτι τὰ πταίσματα ἡμῶν ὑπὲρ ἀριθμόν. Οἶδας οὖν, ὡς ἐκμιμούμενοι τὸν Σωτῆρα καὶ προτυποῦντες τὰ αὐτοῦ δίκαιοι καὶ προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ ποιμένες καὶ μάρτυρες καὶ διδάσκαλοι, καὶ τῶν ἀσκητῶν ἡ πληθὺς, καὶ τῶν παρθένων καὶ πάντων θεοφιλῶν, τὴν τῆς κακοπαθείας καὶ θλίψεως ὁδὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης διῆλθον· καὶ χωρὶς τούτων οὐδεὶς σέσωται. Ἐξαίρετος δὲ τούτων, καθάπερ εἰρήκαμεν, ὑφηγητὴς καὶ διδάσκαλος καὶ ἐργάτης ἄχρι θανάτου Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Τί δὲ τὸ ὄφελος τῆς κακοπαθείας καὶ θλίψεως τῆς σαρκὸς καὶ τῆς ταπεινώσεως καὶ πτωχείας καὶ ὑπακοῆς πρὸς τὸν Θεὸν μέχρι θανάτου, **967** αὐτὸς ἔδειξε πάλιν, ἄφθαρτον ἀποδείξας τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνυψώσας, ἐξ οὗπερ αὐτὸν ἀπεκδεχόμεθα, καὶ ἡμῶν μετασχηματίσαι τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, καὶ ἀπὸ φθαρτῶν ἀναδεῖξαι ἡμᾶς ἀφθάρτους, καὶ κληρονόμους καταστῆσαι τῆς αἰωνίου δόξης αὐτοῦ, ὅτε « καὶ οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, ὡς αὐτός φησιν, ἐξελεύσονται εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως, ἤτοι κατακρίσεως. » Πᾶσα οὖν κακοπάθεια τῆς παραβάσεως καὶ τρυφῆς Ἀδὰμ ἐστιν ἐναντίωσις, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν ἀντ-

Digitized by Google

ἀπόδομα· » ὡς καὶ τῷ Ἀδὰμ, « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, » καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ὀδύνης. Διὸ καὶ οἱ μὲν ἡμαρτηκότες, δι' ὀδύνης καὶ πόνων τὰ τῆς ἡδονῆς λύουσι, καὶ τῆς ὀδύνης ἐκείνης οὐκ αἰσθανθήσονται, καθὰ δὴ καὶ πολὺ πλῆθος εἰργάσατο τῶν ὁσίων, καὶ οἱ ἐν τῇ κλίμακι μακάριοι ἐκεῖνοι κατάδικοι· οἱ μὴ πλημμελήσαντες δὲ, ὅπερ σχεδὸν οὐδενὶ, καὶ διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου τιμὴν τηλικαῦτα δι' ἡμᾶς πεπονθότος, καὶ δι' ἅπερ ὀφείλουσι, καὶ διὰ τὸ μὴ πεσεῖν, ἀνάγκην ἔχουσιν ἐνεργεῖν. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἐδουλαγώγει τὸ σῶμα, ἵνα μὴ ἀδόκιμος γένηται, τίς ὅλως θαρρήσει τῷ σώματι; « Ἀλλὰ καὶ βιαστή ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, » ἡ Ἀλήθεια ἔφη, « καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐν Χριστῷ κακοπαθείας. Ἡ ταπείνωσις δὲ τὴν τοῦ ὑπερηφάνου οἴησιν ἄθεον, καὶ τὸ τῆς ἰσοθεΐας ἀντίθεον φρόνημα τοῦ πρωτοπλάστου καθαίρει, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀνυψοῖ. Διὸ καὶ πᾶς μὲν ταπεινούμενος ἀληθής· ὅτι καὶ κτίσμα καὶ οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ κέκτηται, κἂν ἔχειν δοκῇ. Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; φησί. Πᾶς δὲ ἀλαζὼν, ὡς ὁ διάβολος, ψεύστης, μήτε θέλων εἰδέναι, μήτε εἰδὼς τὸν αἴτιον καὶ δημιουργὸν, κἂν καὶ εἰδέναι δοκῇ· καὶ πᾶς μὲν κακοπαθῶν διὰ Χριστὸν, ἀθλητὴς, καὶ τὴν τρυφὴν δι' ἣν πεπτώκαμεν καταλύων καὶ ἀναιρῶν, καὶ μὴ θερίζων ἀπὸ τῆς σαρκὸς φθοράν. Ὁ δὲ σπαταλῶν κομίζεται ὄλεθρον, καὶ ζῶν ἀποθνήσκει, καὶ συνιστᾷ τὴν παράβασιν, καὶ σαρκός ἐστι δοῦλος, καὶ τρυφῇ θάνατον ὁμοῦ καὶ φθοράν. Εἰ οὖν καὶ ὁ Κύριος κακοπαθῶν ἦν μὴ ὀφείλων, καὶ Παῦλος ὑποπιάζων τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶν καὶ τῶν ἀποστόλων δὲ καὶ ἱερέων καὶ πάντων ἐκλεκτῶν οἱ χοροὶ, ὁ Σωτὴρ δὲ καὶ σωματικῶς ὑπήνεγκε θάνατον καὶ μυρίας ἄλλας κακοπαθείας καὶ θλίψεις, καὶ οἱ ἀπαρχῆς τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος ὑπηρέται, καὶ μαρτύρων πλῆθη ἄχρι βασάνων καὶ θανάτου ἀνδρισαμένων, μοναστῶν τε καὶ ἀσκητῶν καὶ παρθένων ὑπὲρ ἀριθμὸν σύλλογοι, τίς περὶ τούτου διαπορήσειε πλέον; Καὶ σὺ τοίνυν, ἀδελφὲ σοβεινότατε, καθαρῶς εἰδὼς τὰ τοιαῦτα καὶ κατ' ἐκείνους ὁδεύων τοὺς τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Δεσπότην ἡμῶν ζηλῶν, καὶ ὡς ἐνὸν ἐκμιμούμενος, εὔχου καὶ ἡμᾶς καταφρονητὰς ὀφθῆναι ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ τῆς φθειρομένης σαρκὸς, καὶ ἐραστὰς γενέσθαι τῶν οὐρανίων, ὡς ἂν καταξιωθῶμεν ἐλέει τούτου ἀναλύσαντες ἐκ τοῦ σώματος, σὺν αὐτῷ εἶναι διαπαντὸς, τῷ μόνῳ ἐραστῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

in operibus tuis [20], » et reliqua doloris argumenta. Idcirco tum qui peccaverunt per doloris pœnas et labores voluptatis opera luunt : ejus tamen aculeos doloris non sentient aliquando, ut in pluribus sanctis factum est ; et beatis illis qui in climace condemnati manebant ; tum qui non deliquerunt, at hoc fere nulli contigit, et propter honorem Domini qui tanta pro nobis pertulit, et propter debitum officium, et propter perseverantiam in non peccando, necesse habent exercere dolorem. Nonne enim Paulus corpus suum in servitutem redigebat, ne reprobus efficeretur [21] ? Quis ergo corpori indulgebit ? sed et Veritas dixit : « Vim patitur regnum cœlorum, et violenti rapiunt illud [22]. » Et hæc de perferendo dolore in Christo. Humilitas vero sanat et purgat superbiæ præsumptionem Dei immemorem, imo contra Deum se extollentem, ut in protoparente, qui se æqualem Deo æstimabat, et ita hominem vere extollit. Ideo omnis qui se humiliat, in veritate est ; nam cum sit creatura, nihil sibi ipse contulit de his quæ crediderit habere. « Quid enim habes quod non accepisti ? » ait Paulus [23]. Omnis ergo qui se jactat et extollit, ut diabolus mendax est veterator ; neque volens agnoscere, neque sciens causam et opificem etsi credat agnoscere. Omnis qui patitur propter Christum, athleta, superbiam per quam deliquimus solvens et destruens, non de carne metit corruptionem, dum ille qui deliciose vivit, ruinam acceleral, et vivens mortuus est, et culpam auget, et servus carnis constitutus, de carne metit simul corruptionem et mortem. Cum igitur et Dominus passus sit, qui tamen nec merebatur nec opus habebat ; si Paulus conterens corpus illud in servitutem redegit ; si apostolorum, et sacerdotum, et omnium electorum chori, Domino qui mortem corporaliter subierat et mille alias toleraverat ærumnas, vices easdem reddiderint ; si legis servi a principio et gratiæ filii, et martyrum agmina viriliter sustinuerunt ad tormenta et usque ad mortem ; si monachorum et eremitarum et virginum multitudines in idem abierunt propositum, quis super his dubitare jam queat ? Tu ergo, frater desideratissime, probe doctus hæc omnia, incedas et ipse post vestigia Christi, et illum omni desiderio prosequaris, et ipsum solum memoria cordeque habeas ; precamur autem et nos ut possimus semper videri contemnentes in Christo Domino carnem hanc corruptibilem, et cœlestium ardentes amatores fieri, ut digni habeamur ex hac carnis sarcina ejus misericordia eximi, ut cum ipso in æternum simus, unice amabili et amando Jesu Christo Deo nostro.

ΕΡΩΘΗΣΙΣ ΠΑ'.

Εἰ συμβῇ χυθῆναι ἐν τῇ εἰσόδῳ τὰ Ἅγια, ἢ βρωθῆναι ὑπό τινος ζώου, τί ποιητέον;

Συμβαίνει τὰ τοιαῦτα καὶ ἐκχεῖται τὰ Ἅγια, καὶ μάλιστα ἐπηρείᾳ τοῦ πονηροῦ· πολλάκις δὲ καὶ ἀσθενείᾳ ἢ ἀμελείᾳ καὶ ἀπροσεξίᾳ τῶν ἱερέων. Ὁ

QUÆSTIO LXXXI.

Si accidat ut inter offerendum effundantur sacra, vel ab animali quodam consumantur : ecquid faciendum ?

Accidit aliquando ut sancta mysteria effundantur, maxime dæmonis malitia : sæpe tamen et accidit ex infirmitate vel incuria, vel negligentia sacerdotum.

[20] Gen. III, 17. [21] I Cor. IX, 27. [22] Matth. XI, 12. [23] I Cor. IV, 7.

Digitized by Google

Sacerdos cui acciderit sancta effudisse, confluatur hoc præsertim pontifici, a quo præscripta observanda accipiet : maxime si id ex negligentia vel incuria acciderit, et a sancto ministerio arceatur ad tempus. Quod si in hoc loco necesse sit vel utile munus ejus in abstinentiam, oratione et genuflexionibus illi injungatur ratio pœnitendi, ne unquam omnino salutare intermittatur opus sacrificii. Si, dum in templum ingreditur ad sacrificium adimplendum, effundatur quod in calice continetur, et quidem totum, statim ut hoc in sanctis mysteriis accidit, iterum de novo fiat oblatio, et preces præparationis dicantur : et sic ordine post solemnem ingressum munera sacrificii perficiantur. Similiter si acciderit ut panem oblatum et consecratum mures vel alia ex animalibus eroserint, quin viderit sacerdos, nec resciverit ante ingressum, alterum panem providebit, quem rite dividens, et benedicens propheticis verbis, ea dicens et faciens quæ secundum morem, addens preces oblationis, et deinde post solemnem ingressum ritus sacrificii adimplebit. Sancta autem mysteria debent a sacerdote colligi in sancto aliquo vase et in loco convenienti et securo collocari, ne pedibus conculcentur, vel aliquod incongruum experiantur. Opportunissimus erit locus ille in quo post collectam sacerdos manus lavat, quem oportet habere facile claudendum et convenientem : et simul curandum est ne quid horum cadat exterius e loco hoc, neque ex aqua purificationis, cum sit sanctum, utpote quod laverit labia communione sanctificata et manus sacerdotis. Quasi sancta piscina est hicce locus, et aqua purificationis sacerdotalis sanctificata, ex qua novimus et sanationes fieri, si inde unguntur aut bibunt infirmi. Neque autem temere hæc sunt tractanda : præcipiendumque est ut ille qui his uti optat, innocens sit et jejunus. Similiter ille qui his ungi cupierit oportet ut iterum lavetur in loco separato et convenienti. Hic igitur post communionem lavabitur sacerdos, vel in loco aptiori securiorique, si adsit, sancta mysteria quæ effusa sint colligens pie devoteque cum aquali hic deponet. Pavimentum sit e marmore, ut hæc apte sancteque in loco deponantur. Sintque maxima et fixa marmora quæ profunde fodiantur in aptum receptaculum pro sanctis oblationibus hic deponendis separatim, ut diximus. Ita confodiantur ut lavari possit et receptaculum. Si vero consecratæ oblationes non sint ex toto effusæ, sed pars earum remanserit, tunc addatur pars altera secundum quod opus est, et perficiatur sacrificium. Si vero acciderit ut hæc oblata desuper effundantur in vestes sacerdotales, et quidem ante sacrificium, si pretiosiora tantum et pulchriora indumenta attigerint, tunc hæc vestimenta laventur aqua in vase sancto, ita ut nihil in illis remaneat, et aqua immittatur in locum sacrum, ut dictum est. Quod si acciderit post sacrificium effundi in commune indumentum, ex eo resecandum est quantum est necesse ut ex

A τοίνυν ἱερεὺς ἐν ᾧ τοῦτο συνέβη τὸ ἐκχυθῆναι τὰ Ἅγια, ἐξομολογείσθω προηγουμένως τῷ ἀρχιερεῖ. Καὶ ἱκανῶς κανονιζέσθω· καὶ μᾶλλον εἰ ῥαθυμία τούτου ἢ ἀπροσεξίᾳ συνέβη· καὶ τῆς θείας ὑπηρεσίας εἰργέσθω ἐπὶ καιρόν. Εἰ δ' ἀνάγκη καὶ χρεία ἱερέως ἐν τῷ τόπῳ, δι' ἐγκρατείας καὶ προσευχῆς ἡ γονυκλισιῶν ἔστω τὰ τοῦ κανόνος αὐτῷ, ἵνα μὴ τὸ σωτήριον **368** ὅλως ἐμποδισθείη ἔργον. Ἐν τῷ καιρῷ δὲ ἐκείνῳ, καθ' ὃν συνέβη τὸ γεγονὸς εἰς τὰ Ἅγια, εἰ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς εἰσόδου τελουμένης ἐξεχύθη τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ καὶ ἅπαν, ἔνωσιν πάλιν ποιείτω, καὶ τὴν εὐχὴν ἐπιλεγέτω τῆς προθέσεως· καὶ οὕτω καθεξῆς ἀπὸ τῆς μεγάλης εἰσόδου τὰ τῶν εὐχῶν ἐκτελείτω. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ συνέβη τὸν προσενεχθέντα θεῖον ἄρτον ὑπὸ μυῶν, ἢ ἑτέρου ζώου βρωθῆναι, καὶ μὴ ἴδοι ὁ ἱερεύς, μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον γνῷ, προσκομίσει ἕτερον ἄρτον ἀνατεμὼν συνήθως, καὶ ἐπιλέγων τὰ προφητικὰ ῥήματα, καὶ ὅσα λέγειν καὶ ποιεῖν ἔθος· καὶ τὴν εὐχὴν τῆς προσκομιδῆς ἐπιλέγειν, εἶτα ἐπάγειν ἀπὸ τῆς μεγάλης εἰσόδου τὰ τῶν εὐχῶν, αἳ καὶ τελεστικαί εἰσι μᾶλλον. Αἱ πρότερον γὰρ ἐῤῥέθησαν ἱλασμοῦ καὶ δεήσεως οὖσαι, καὶ πρὸς τὴν ἱερουργίαν οἰκονομοῦσαι τὸν ἱερέα. Τὰ ἐκχυθέντα δὲ Ἅγια χρεὼν συναχθῆναι ὑπὸ τοῦ ἱερέως ἐν σκεύει ἁγίῳ τινί, καὶ ἐν ἱερῷ τόπῳ καὶ ἀσφαλεῖ ἀποτεθῆναι, ὥστε μὴ καταπατηθῆναι, ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ δεόντων παθεῖν. Ἐξαίρετος δὲ τόπος ἔσται ἔνθα μετὰ τὸ κοινωνῆσαι ὁ ἱερεὺς ἀπονίπτεται· ὃν καὶ ὀφείλει ἠσφαλισμένον ἔχειν πάντοθεν καὶ ἁρμόδιον, καὶ προσοχὴν ἔχειν, μὴ ἐκπίπτειν ἔξωθέν τι τοῦ τόπου ἐκείνου, μήτε ἐκ τοῦ νίμματος· ἐπειδὴ ἅγιόν ἐστι, τά χείλη τε τὰ ἐκ τῆς κοινωνίας ἡγιασμένα καὶ τὰς χεῖρας ἐκπλύνον· καὶ ὡς τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκεῖνος ὁ τόπος ἐστὶ καὶ τὸ νίμμα ἡγιασμένον, δι' οὗ καὶ ἰάματα, ὡς ἴσμεν, γίνεται, χριομένων ἐκ τούτου τινῶν ἀῤῥωστούντων, ἢ ἐκπινόντων· καὶ οὐδ' ἁπλῶς τοῦτο παρέχειν χρή, ἀλλ' ὥστε παραγγέλλειν προσέχειν, καὶ τὸν μὲν βουλόμενον ἐκπιεῖν εἶναι καθαρόν τε καὶ νῆστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν βουλόμενον ἀλείφασθαι, ὃς καὶ ὀφείλει νίπτεσθαι ὕστερον ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ. Ἐκεῖσε τοίνυν ἔνθα ὁ ἱερεὺς μετὰ τὴν κοινωνίαν ἀπονίπτεται, ἢ ἐν ἀσφαλεστέρῳ τόπῳ εἰ ἔστι, τὰ ἐκχυθέντα Ἅγια συλλέξας εὐλαβῶς μετὰ τῆς ἐκεῖσε ὕλης καὶ τοῦ χοὸς ἀποθήσει. Εἰ δὲ μάρμαρα κατεστρωμένα εἰσὶν, ἵνα ταῦτα ἐκεῖθεν ἐξελών, ἐν τόπῳ ἱερῷ καὶ ἰδιάζοντι ἀποθήσῃ. Εἰ δὲ μέγιστα καὶ ἀκίνητα, ἵνα λατομήσας εἰς βάθος ἱκανῶς τὸν τόπον ἔνθα δὴ ἐξηπλώθη τὰ Ἅγια, τὰ ἐξενεχθέντα ἐκεῖσε θήσῃ, ἐν τόπῳ, ὡς ἔφημεν. Ἀλλὰ καὶ ἔνθα λελατόμηκεν, ἵνα ἐκπλύνῃ τὸν τόπον ὡς δυνατόν. Εἰ δὲ τὰ Ἅγια οὐ πάντα ἐκκέχυται, ἀλλὰ μέρος ἐναπελείφθη, ἵνα καὶ ἕτερον ἐπιβαλὼν ὅσον εἰς χρείαν, ἐκτελέσῃ τὰ τῆς ἱερουργίας. Καὶ ἐὰν τὰ Ἅγια ἐπάνω τῶν ἀμφίων τοῦ ἱερέως ἐξεχύθη, εἰ μὲν πρὸ τῆς τελειώσεως, εἰ τίμια μόνον εἰσὶ καὶ πολυτελῆ, ἵνα ἰδίως ἐν σκεύει ἐκπλύνας ἱερῷ ἱκανῶς, ὥστε μὴ ὑπολειφθῆναι ἐν τοῖς ἐνδύμασί τι, τὸ νίμμα ἐμβάλῃ ἐν τόπῳ ἱερῷ καὶ ἀσφαλεῖ, καθὼς εἴρηται.

Digitized by Google

Εἰ δὲ μετὰ τὴν τελείωσιν ἐκκέχυται, ἵνα κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἐκκόπτηται τὸ μέρος ἐκεῖνο τοῦ ἱεροῦ ἐνδύματος, καὶ θεῖον κάλυμμα γίνηται, ἐκπλυθὲν καὶ αὐτὸ ἐν τόπῳ ἰδιαιτάτῳ, ἔνθα καὶ ἱερὸν ποτήριον ἐκπλυθῆναι δυνατὸν, καὶ σπόγγον ῥύπου πλησθέντα καὶ σήψεως, ἢ ἱερὸν κάλυμμα. Καὶ τοῦτα γὰρ ἀποπλύνειν κατὰ καιρὸν, μόνον εὐλαβῶς καὶ ἐν ἀσφαλεῖ τόπῳ καὶ μᾶλλον καλῶς ἔχοντι καὶ ἀσφαλῶς τῷ λεγομένῳ νιπτηρίῳ, οὐ βλαβερὸν, ἀλλὰ μᾶλλον θεοφιλὲς, εἰς τιμὴν καὶ ὡραϊσμὸν τῶν τοῦ Θεοῦ ἂν ἱερῶν σκευῶν. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ διατάξει, ὡς κάλπην εἶχέ τινα ἡ Μεγάλη ἐκκλησία, οἷον μικρὰν λεκάνην, ἐν ᾗ τὰ ἱερὰ ἀπέπλυνον ποτήρια διὰ χλιαροῦ ὕδατος.

A hoc panno fiat velum sacrum, quod pariter est lavandum in loco mundissimo : mundabitur et sacra piscina, spongia vel aliquo linteo siccabitur ut purificetur a sordibus. Hæc autem facienda sunt pro opportunitate, devote tamen et cum magna sedulitate. Optimum quidem esset si ad hoc haberetur pelvis vel nitidissimum labrum in quo honorifice et laudabiliter mundarentur vasa sacra Deo. In veteribus decretis invenimus quod Magna ecclesia habuerit amphoram vel tantum labellum minimum ad lavanda in aqua tepida vasa sacra.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΓ'.

B

Ὅπως χρὴ κοινωνεῖν τοὺς μὴ δυναμένους εἰς τὸν ναὸν παραγενέσθαι ἀῤῥώστους.

Ὅθεν προσεκτέον τῷ ἱερεῖ εἰς πάντα τὰ Ἅγια καὶ τὴν ἱερὰν παρακαταθήκην, τὸν προηγιασμένον, καὶ ἡνωμένον τῷ θείῳ αἵματι ζωοποιὸν καὶ πανάγιον ἄρτον, ὥστε ἐν πυξίῳ καθαρῷ καὶ ἀσφαλεῖ ἔχειν, καὶ μετὰ καθαροῦ ἠσφαλισμένον ὑφάσματος καὶ τιμίου. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ θειότατον σῶμα καὶ αἷμα τὸ Δεσποτικόν. Καὶ προσκυνεῖν **369** καὶ θυμιᾷν καὶ τιμᾷν χρὴ ὅλῃ προθέσει, καὶ ὑπεράνω πρὸς ἀνατολὰς τῆς θείας τραπέζης ἠωρημένον ἔχειν, καὶ ἐπιβλέπειν ἵνα μή τι συμβαίνῃ ἀμελείᾳ τῶν μὴ δεόντων. Καὶ ἐν τῷ μέλλειν δέ τινα κοινωνεῖν, μὴ εἰς τὸν κόλπον λαμβάνειν καὶ πορεύεσθαι, ὥς τινες νῦν καταφρονητικῶς ἢ ἀμελῶς ἢ ἀσυλλογίστως ποιοῦσιν, ἀλλ' ἑτοιμάζειν ἐν τῷ ἱερῷ ποτηρίῳ τὴν θείαν μερίδα ἐν τῇ λαβίδι κατὰ τὴν πρόθεσιν, ὡς ἔθος ἦν ἐξαρχῆς, καὶ ἡμεῖς φθάσαντες εἴδομεν, καὶ προηγουμένης λαμπάδος, τὸν ἱερέα ἐνδεδυμένον ἐπιτραχήλιον, κρατοῦντα πορεύεσθαι, καὶ οὕτω μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τὸν ἀῤῥωστοῦντα ἐπανέρχεσθαι πάλιν. Καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐ τοὺς κοσμικοὺς ἱερεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐν τοῖς μοναστηρίοις, ἵνα καὶ τίμιον ᾖ, καὶ εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν, καὶ ἡμῶν εἰς τὰ θεῖα εὐλάβειαν, καὶ μή τι τῶν ἀπευκταίων συμβαίνῃ, ὡς εἴδομεν. Ἀνεπιτηδείου γὰρ ὄντος τοῦ τόπου, ἐν τῷ ἐξάγειν βούλεσθαι τοῦ πυξίου τὴν θείαν μερίδα, συμβέβηκε πολλάκις τὸ φρίκης καὶ καταδίκης ἄξιον, ὡς ἐμάθομεν, ῥιφῆναι τὰ Ἅγια. Ἀλλὰ καὶ τὸ κατέχειν ταῦτα ἐν κόλποις καὶ ὁδεύειν ἢ καθῆσθαι οὐκ εὐλαβές. Καὶ τίς χρεία τοῦτο ποιεῖν, δυναμένοις εὑρίσκειν ἐν πᾶσι ναοῖς τῶν θείων φυλαττομένων μυστηρίων ; Διόπερ εἰ δι' αἰσχροκέρδειαν ποιεῖ τις πνευματικὸς ἢ ἱερεὺς τὸ τοιοῦτον, ἁμαρτάνει, εἰ μή που κατὰ πολλὴν ὅτι καὶ μεγίστην ἀνάγκην, ἐρημίας οὔσης, καὶ μὴ δυνατοῦ ὄντος τοῦ τὴν τάξιν γενέσθαι, ἢ ἐὰν μέσον ἐθνικῶν ἐστί τις, καὶ παῤῥησιάσασθαι οὐ δύναται, μήποτέ τις καὶ ἀτιμία γένηται τοῖς Ἁγίοις· χωρὶς δὲ τοῦτο, ἀναγκαῖον τὸ μετὰ τιμῆς προπέμπειν τὰ Ἅγια. Καὶ ὅρα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦτο ἀεὶ ποιοῦσαν ἐν ταῖς τῆς λειτουργίας εἰσόδοις, καὶ μὴ τελείων ὄντων τῶν θείων δώρων.

C

D

QUÆSTIO LXXXII.

Quomodo oporteat communicare infirmos, qui in templo præsentes adesse nequeunt.

Attendat sedulo sacerdos ipsi esse reservandum ex omnibus sacrificiis sacrum depositum ; præsanctificatum scilicet panem vivificantem et sacrosanctum, unitum vere sancto Domini sanguini, quem habeat in pyxide munda et tuto reclusa, involutaque velo mundissimo et pretioso : hic panis enim est sanctissimum corpus et sanguis Domini. Genuflectat, thurificet et adoret omni intentione, teneat elevatum ante sanctam mensam, et circumspiciat diligenter ne quid incuria sua fiat incongruenter. Cum igitur aliquis fuerit sacra communione reficiendus, sacerdos non sumat sancta sacramenta in sinu ut adeat infirmum, ut quidam irreverenter, sine cura dignitatis et absurde fecerunt, sed particulam sacram pie reponat in sancto calice cum forcipe, sicut moris est a principio, et nos prius vidimus. Sacerdos indutus stola præcedente lampade potest incedere, sicque ad infirmum sacra communione roborandum accedere. Et ita agere debent non solum sæculares sacerdotes, sed etiam monachi in monasteriis, quibus, in honorem Christi et propter eam qua sancta tractare debemus pietatem, habenda est ad hoc pretiosa supellex ; et quibus pari cura vitanda sunt abominanda ista quæ accidere vidimus : particulam sacram asservari in loco indecenti, et cum eam ex pyxide desumere volunt, sæpe fieri ut sancta ruant, ut audivimus, quod sane horrore plenum et diro judicio dignum. Sed et hæc Sancta habere in sinu incedendo vel standO omnino impium : et quæ alioquin utilitas ex hoc esse potest, cum possint sacramentum invenire in quovis templo asservatum ? Quamobrem peccat spiritualis Pater vel sacerdos qui hoc facit ; nisi forte maxima impellatur necessitate, in eremo scilicet, et non possit normam sequi præscriptam, aut si habitet in medio ethnicorum, nec possit confidenter et libere agere, mètusque est ne quiddam irreverentia sacramentis inferatur, prudenter omittat præscripta : sed extra hunc casum, frequenti comitatu et cum honore multo deducenda sunt sancta ad infirmos.

Digitized by Google

Animadvertet etiam quod semper sic egerit et agendum statuat Ecclesia, cum ad sacrificium proceditur, et cum dona Dei contra normam perficiuntur.

QUÆSTIO LXXXIII.

Si per oblivionem sacerdotis contingat unionem sacramentalem non fieri, et vacuum ille poculum obtexerit, quid faciendum?

Si oblitus fuerit sacerdos sub utraque specie unum conficere sacrificium, et vacuum calicem cooperuerit, et huic oblivioni attenderit in introitu, statim in sacra mensa debet unitatem victimæ ex duabus speciebus procurare et preces præparationis proferre, et sic sacrificium adimplebit consummabitque. Si vero non animadverterit, et sacrificium ignorans perfecerit, et defectum cognoverit solummodo cum sumere cogitat consecratas species, debet alteram in unitatem victimæ consecrare speciem, preces præparationis proferre et omnes alias ex ordine dicere preces ab introitu solemni, et tunc solummodo cooperire quasi sigillo calicem per invocationem sancti Spiritus, et ita sumere. Ita hoc opinor ego sacerdoti agendum esse, si modo sapienter dictum senserint alii Christi pontifices, et præsertim magna synodus. Evidens interea videtur non posse consecrari completum sacrificium ad quod non accedunt preces, quod non signatur sigillo et invocatione sancti Spiritus ut in sanguinem divinum Christi transmutetur, nec ideo præsentem in altari monstrat. Tria enim sunt ad sacrificium complendum necessaria: præparatio et oblatio elementorum, ad quæ accedunt preces sacerdotis et consecratio sigillumque Spiritus sancti.

Has promptissime et synoptice secundum eam quæ in nobis est facultatem quæstionibus propositis retulimus responsiones, impares omnino minusque idoneas scientes, sed ad mensuram attingentes intelligentiæ nostræ in Christo et, ut aiebamus, meritum saltem obedientiæ et charitatis habentes. Perfectiorem sane horum et similium notitiam habes, ut verum dicam, apud temetipsum vel ex fratribus mente altiori et majori sanctitate præditis, qui et Patrum medullam subtilius scrutati sunt. A quocunque ergo eorum scisciatus fueris, non desunt enim qui Deum diligunt, puriorem per teipsum accipies horum et subtiliorem intelligentiam. Nobis autem dederit Deus vestris sanctis precibus a passionibus expiari, pulsisque terrenis quibus mens offunditur tenebris, etiam paululum illuminari ut cogitemus ut par est de nostra salute, et tandem feliciter salvemur misericordia Christi Salvatoris nostri et veri luminis. Inveniamus ergo postremo nostram salutem precibus omnium fratrum, omnium sanctorum et sacrosanctæ semper Virginis intercessione, miseratione et amore Domini nostri Jesu Christi, unigeniti Filii Dei, cum quo Deo Patri et simul Spiritu sancto sit gloria nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΓ.

Ἐὰν λήθῃ τοῦ ἱερέως συμβαίη μὴ ἕνωσιν γενέσθαι, καὶ καλύψῃ κενὸν τὸ ποτήριον, τί ποιητέον;

Ἐὰν τῇ λήθῃ τοῦ ἱερέως συμβαίη μὴ ἕνωσιν γενέσθαι, καὶ καλύψῃ κενὸν τὸ ποτήριον, εἰ μὲν ἐν τῷ εἰσόδῳ γνῷ, εὐθὺς ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ τὴν ἕνωσιν ὀφείλει ποιῆσαι, καὶ τὴν εὐχὴν εἰπεῖν τῆς προθέσεως, καὶ οὕτω τὰ τῆς λειτουργίας τελέσαι. Εἰ δ' οὐ προσίσχε, καὶ τὰ τῆς λειτουργίας ἐκτετέλεκεν, ἐν δὲ τῷ μέλλειν μεταλαβεῖν τοῦτο ἔγνω, ὀφείλει τὴν ἕνωσιν ποιῆσαι, καὶ τὴν εὐχὴν εἰπεῖν τῆς προθέσεως, καὶ ἐξ ἀρχῆς πάλιν τὰς ἀπὸ τῆς μεγάλης εἰσόδου εὐχὰς εἰπεῖν, καὶ ἐν τῇ ἐπικλήσει τοῦ Πνεύματος, μόνον τὸ ποτήριον σφραγίσαι, καὶ τὰ ἑξῆς τελέσαι, καὶ τότε μετασχεῖν. Οὕτως ἐγὼ περὶ τούτου λογίζομαι δίκαιον εἶναι ποιῆσαι τὸν ἱερέα. εἴγε καὶ ἄλλοις δόξει τοῦτο τῶν ἀρχιερέων Χριστοῦ ἁρμόδιον, καὶ μάλιστα τῇ μεγάλῃ συνόδῳ. Ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη τετελεσμένον τὸ μὴ δεξάμενον τὰς εὐχὰς, μηδὲ διὰ τῆς σφραγίδος καὶ ἐπικλήσεως τοῦ Πνεύματος τὸ θεῖον αἷμα μεταβληθὲν, μὴ εὑρεθὲν ἐκεῖσε τότε. Τὸ γὰρ ἱερουργηθῆναι, διὰ τοῦ προκεῖσθαι καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ τοῦ ἱερέως καὶ τὴν σφραγῖδα δέξασθαι γίνεται.

Ταύτας προχείρως καὶ ἐν συνόψει κατὰ τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν δύναμιν πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τὰς ἀποκρίσεις ἐποιησάμεθα, οὐχ ἱκανὰς νομίζοντες εἶναι, ἀλλὰ καθόσον ἡμεῖς ἐν Χριστῷ ἐξισχύσαμεν γνῶναι, καὶ τῆς ὑπακοῆς χάριν τε καὶ ἀγάπης, ὡς ἔφαμεν. Ἡ τελειοτέρα δὲ γνῶσις τῶν τοιούτων καὶ τῶν ὁμοίων, ἀληθῶς φημι παρὰ σοί, καὶ παρ' ἀδελφοῖς ὑψηλοτέροις τὸν νοῦν καὶ καθαρωτέροις, καὶ τοῖς τῶν Πατέρων λεπτότερον ἐπιβάλλουσιν· οἷς καὶ ἐντυγχάνων (οὐ γὰρ ἐπιλελοίπασιν οἱ φίλοι Θεοῦ) καθαρωτέραν εὑρήσεις ἀπὸ σαυτοῦ τε καὶ ἐκείνων καὶ λεπτοτέραν τὴν ἔννοιαν. Δῴη δὲ καὶ ἡμῖν Θεὸς ὑμετέροις θείαις εὐχαῖς τῶν τε παθῶν καθαρθῆναι, καὶ τῆς θολούσης τὸν νοῦν προσγείου ταύτης συγχύσεως, καὶ μικρὸν φωτισθῆναι, καί τι φρονῆσαι περὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας, μᾶλλον δὲ σωθῆναι, ἐλέει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν 370 Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. Καὶ γένοιτο τούτου ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν τοῦ σωθῆναι εὐχαῖς πάντων τῶν ἀδελφῶν, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ παναγίας Θεοτόκου πρεσβείαις, οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ
ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΕΥΛΑΒΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ
ΙΕΡΑΣ ΔΙΑΚΟΝΙΑΣ ΞΞΙΩΜΕΝΟΝ,
ΕΤΙ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΕΛΟΥΝΤΟΣ ΤΟΤΕ ΒΑΘΜΟΝ.

—

EJUSDEM
DE SACERDOTIO
AD PIORUM MONACHORUM QUEMDAM
SACRO DIACONI MUNERE ORNATUM
NEC NON AB EPISCOPO DEINDE EVECTUM AD GRADUM PRESBYTERI.

Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὲ καὶ γνησιώτατε ἀδελφὲ. τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης πᾶσι κατὰ τὴν ἐντολὴν ὀφείλοντες, πολλῷ μᾶλλον ταύτην ὀφείλομεν τοῖς γνησίοις καὶ τοῖς φιλοῦσιν. Εἰ γὰρ καὶ ἀμερὴς ἡ κατὰ Θεὸν ἀγάπη καὶ ἁπλῆ, καὶ ἀποίκιλος, καὶ πᾶσιν ἴσως ὀφειλομένη κατὰ τὸν τέλειον λόγον, ἀλλ' ἡ αὐτοαγάπη καὶ αὐτοτελειότης Ἰησοῦς, ἑαυτὸν δεδοὺς πᾶσιν, ὅμως κατὰ τὴν γνώμην ἑκάστου φανεροῦται τοῖς βουλομένοις, ὡς καὶ τὸ φῶς αὐγάζων ἴσως πᾶσιν ὁ ἥλιος, κατὰ τὸ θέλειν ὁρᾷν καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ὁράσεως, καθορᾶται ἑκάστῳ. Ὅθεν καί φησιν αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ· » οὐχ ὅτι τινὰς μὲν φιλεῖ, τινὰς δὲ οὐ φιλεῖ, ἀλλ' ἁπλῶς πάντας ὡς αὐτοαγάπη ὢν, ἀγαπῶν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὸν ἀγαπᾷν καὶ μακρυνομένους αὐτοῦ, οὐ τυραννικῶς ἀναγκάζει. Καὶ γὰρ οὐκ ἀναιρεῖ τὴν προαίρεσιν, ὥσπερ καὶ τοῖς φιλοῦσιν αὐτὸν καὶ ἐγγίζειν ἐπιποθοῦσιν ἑαυτὸν ὅλον παρέχει, καὶ τὰ τῆς ἀγάπης αὐτοαγαθότης ὢν ἐπιδείκνυσι. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῖς οἰκείοις πρὸ πάντων τὴν πρόνοιαν χορηγεῖν ἐπιτρέπει, τοὺς οἰκείους λέγων τῇ πίστει. Καὶ αὐτὸς τοίνυν εἰ καὶ τῶν ἐλαχίστων ἐλαχιστότατος τυγχάνων εἰμὶ, πιστὸς δ' ὅμως Χριστοῦ ἐν αὐτῷ τῇ τούτου τε ἀντιλήψει ἱερεὺς καὶ δοῦλος αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἐνὸν ἐμοὶ, ἀνάγκην ἔχω τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ μεμνῆσθαι, καὶ τῆς τοῦ κεφαλαίου πασῶν μᾶλλον ἀγάπης ὡς ἐφικτὸν, ἵνα κατὰ τὸν ἠγαπημένον αὐτῷ μαθητὴν, καὶ Χριστὸς αὐτὸς διὰ ταύτης μικρὰν τινα χώραν ἐν ἐμοὶ καὶ μονὴν ἔχων εὑρεθῇ. « Ὁ μένων γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ. » Λοιπὸν καὶ αὐτὸς ταύτην τηρεῖν ὀφεί-

A In Christo dilecte mihi et fidissime frater, officium charitatis nostræ juxta mandatum omnibus debentes, multo magis illam ingenuis et diligentibus debemus. Etsi enim quæ secundum Deum est charitas indivisa, simplex et uniformis sit, et illam omnibus debeamus secundum legis perfectionem, ad instar Domini Jesu, qui est ipsa charitas et ipsa perfectio et sese pro omnibus dedit, sed tamen illis qui eum desiderant declaratur secundum intentionem cujusque. Ita et lumen in sole lucens similiter omnibus, ab unoquoque cernitur juxta voluntatem videndi et visionis potentiam. Unde et dicit ipse Salvator : « Ego diligentes me diligo [1] : » non quod aliquos quidem diligat et quosdam odio habeat ; sed cum sit charitas ipsa, omnes diligit, et eos qui eum nolunt amare et qui se avertunt ab eo non tyrannice cogit ; etenim non aufert arbitrium, sed prout diligunt illum et ad eum accedere student, se totum tradit et donat, et eum sit bonitas ipsa, amoris testimonia præbet. Et Apostolus domesticis ante omnes mandat esse providendum, domesticos vocans ejusdem fidei famulos. Ego igitur, quamvis forte minimus sim inter minimos, fidelis tamen sum Christi, in ipsa ejus susceptione et auxilio sacerdos ejus et servus, quantum in me est, necesse habeo meminisse mandatorum ejus, maxime charitatis, quæ omnium caput est, pro viribus meis, ut secundum discipulum ipsi dilectum, Christus in me ipse solus parvam inveniatur habens quamdam mansionem ; dicit enim Joannes : « Qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in

B

[1] Prov. VIII, 17.

Digitized by Google

eo[a]. » Cæterum, cum ipse illam debeam servare et, secundum præceptum, omnibus ostendere, sed magis eis qui me diligunt, te habens inter conjunctissimos et mihi amicissimos, tibi et sincerissime nunc charitatem ostendere gestio. Non exhortationis formam hic sequar, sed tradam quasi memoriale verbum et notitiam brevissimam ejus quem susceperurus es diaconatus, per quod tibi assistam, quasi ante te hoc ministerium ingressus, et sacerdos Christi factus et minister mysteriorum ejus, qui me infinita sua bonitate maximis et divinis dignatus est bonis.

Ecce igitur, charissime, dignus habitus es qui minister fieres Christi et diaconus ejus et socius, et interpres mysteriorum et ejus propinquus familiarisque, et communicans, et præco Evangeliorum: neque jam velis quibuscumque irretitus, sed aperte videns, neque mediante Seraphim, sacerdote scilicet, ab instrumento communicans, sed ipse inventus Seraphim, sacerdotio modo honoratus. Tu vocans ad preces, non ipse vocatus, alios impellens ut ad Deum accedant, ipse non cessans a divinis commerciis: et fidelibus prædicans, eos ad attentionem et obedientiam exhortans, et positus prope Christum, totus aliorum via et exemplar et conductor factus ad lumen. Et quid aliud eris quam Cherubim, totus inter mysteria eum transpiciens qui videt omnia? Aut Seraphim igneus fruens viventi Deo qui ignis est? aut thronus, habens in te sedentem eum qui est ubique, sacrificio et communione? aut etiam angelus quidam, utpote ejus minister et legatus? Et hæc omnia tibi non in figura aut imagine contingent; quia non figuræ cuidam et typo es ministraturus, sed ipsi vero Domino quem in cœlis circumstant custodientes spiritus. Quod enim illi faciunt in cœlis, tu hic in terris adimpleturus es. Etenim sic voluit omnium cœlestis architecta quod nempe in cœlis et in terra ministerium ageretur sacrum. Et ipse ita fecit ut videretur: et homo visus est per seipsum suam nobiscum unionem adimplens. Cum enim solus esset spiritus purus, sponte formam induit materialem, et secundum hanc formam sensibilem hominibus similis factus est; natura sua increatus et æternus, non assumpsit spirituum naturam creatam immaterialem, creaturæ se uniendum cogitans: illos autem ex nihilo producens gratia mirifica spirituales et immortales fecit eos, cuique simul pro gradu partem gloriæ suæ impertitus. Et nobis tribuit ut nostram naturam creatam assumpserit hypostatice sibi uniendam. Humanæ itaque naturæ consors effectus indivulsa et inconfusa unione, ipsam gloriosorum divinitatis attributorum in participationem vocavit: « In ipso enim, inquit Paulus, habitat plenitudo divinitatis corporaliter [b]. » Visus est igitur, et iterum videndum modo quem amore elegit se præbet: et seipsum nobis dedit, et etiamnum pro nobis se tradit

[a] I Joan. IV, 16. [b] Coloss. II, 9.

A λων, καὶ δεικνῦναι πᾶσι κατὰ τὸν ὅρον, καὶ μάλιστα τοῖς φιλοῦσί σε τῶν φιλτάτων ἔχων, σοὶ καὶ γνησίως ἐν τῷ παρόντι ταύτην ἐνδείκνυμι· οὐ παραινέσεως τύπον διενεργῶν ἐν τῷδε, ἀλλ' ὑπομνήσεως λόγον καὶ γνῶσίν τινα λεπτοτέραν ἧς ἐξίωσαι διακονίας· διὰ τοῦδέ σοι παρεχόμενος, ὡς καὶ αὐτὸς πρὸ σοῦ ταύτην ὑπεισελθὼν τὴν ἱερὰν λειτουργίαν, καὶ ἱερεὺς Χριστοῦ τυγχάνων καὶ ὑπηρέτης τῶν αὐτοῦ μυστηρίων, ἄχρι τούτου χρηστότητι τῶν ὑπὲρ ἐμὲ μεγίστων τε καὶ θείων ἠξιωμένος.

Ἴδοὺ τοίνυν ἠξιώθης, ἀπαγητὲ, λειτουργὸς γενέσθαι Χριστοῦ, καὶ διάκονος αὐτοῦ καὶ παραστάτης εἶναι καὶ θεωρὸς τῶν μυστηρίων, καὶ ἐγγίζων, καὶ κοινωνὸς, καὶ τῶν Εὐαγγελίων κῆρυξ, καὶ οὐκ ἔτι παρατετάμμαι τισι κωλυόμενος, ἀλλ' ἀπερικαλύπτως ὁρῶν, οὐδὲ διὰ Σεραφείμ, ἱερέως δηλαδὴ, τῇ λαβίδι μετέχων, ἀλλ' αὐτὸς τυγχάνων ὁ Σεραφείμ, ἱερωσύνης **371** ἠξιωμένος. Καὶ καλῶν πρὸς προσευχὰς, οὐ καλούμενος, καὶ ἐγγίζειν ἄλλους ἐνάγων πρὸς Θεὸν, αὐτὸς ὁ κατέχων τελῶν τὰ θεῖα, καὶ προσφωνῶν τοῖς πιστοῖς, καὶ προσέχειν παρεγγυῶν, καὶ παρατιθεὶς τῷ Χριστῷ, καὶ ὅλος ἑτέρων ὢν ὁδός τε καὶ πρὸς τὸ φῶς ὁδηγός. Καὶ τί ἕτερον ἢ Χερουβείμ, ὁρῶν ὅλος διὰ τῶν μυστηρίων τὸν ὁρῶντα τὰ πάντα, καὶ Σεραφείμ πυρφόρος, τὸν ζῶντα κατέχων ἄνθρακα, καὶ θρόνος, ὡς ἀναπαυόμενον ἔχων ἐν σοὶ τὸν πανταχοῦ τῇ τελετῇ καὶ τῇ κοινωνίᾳ· καὶ ἄγγελος ὡς ὑπηρέτης αὐτοῦ καὶ λειτουργός· καὶ ταῦτα οὐκ εἰκόνι τινὶ, οὐδὲ γὰρ τύπῳ διακονῶν ὑπάρχεις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ ὑπὸ τῶν ἀΰλων ἄνω δορυφορουμένῳ Δεσπότῃ. Καὶ ὅπερ οὗτοί γε ἄνω, αὐτὸς κάτω διατελεῖς· οὕτω γὰρ ἠθέλησεν ὁ πάντων τεχνίτης τὴν αὐτὴν λειτουργίαν ἄνω τε καὶ κάτω τελεῖσθαι· καὶ αὐτὸς οὕτως ὤφθη πεποιηκὼς, καὶ ἄνθρωπος ὀφθεὶς, δι' ἑαυτοῦ τὴν μεθ' ἡμῶν ἕνωσιν ἐξετέλεσε. Μόνος γὰρ ὢν, ὕλην ἐνεδύσατο θέλων, καὶ τοῖς κατ' αἴσθησιν ἡνώθη βροτοῖς· Καὶ ἄκτιστος τῇ φύσει τελῶν καὶ ἄναρχος, οὐ τῆς κτιστῆς ἀΰλου τῶν νόων μετείληφε φύσεως, ἑνωθῆναι τῇ κτίσει βουληθείς. Κτίσας δ' αὐτοὺς ἐκ μὴ ὄντων, κατὰ χάριν ἀΰλους καὶ ἀθανάτους τούτους εἰργάσατο· καὶ δόξης μετέχειν αὐτοῦ, δωρεὰν τούτοις ἀναλόγως ἑκάστῳ δίδωσιν. Ἡμῶν δὲ τὴν κτιστὴν προσείληφε φύσιν καὶ ὑποστατικῶς ἡμῖν ἥνωται· καὶ τῇ βροτείᾳ φύσει τῶν τῆς θεότητος μεταδίδωσιν αὐχημάτων ἐνδεδυμένος ἀχωρίστως καὶ ἀσυγχύτως αὐτήν. « Ἐν αὐτῷ γὰρ, φησὶ, κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. » Ὡράθη οὖν, καὶ πάλιν ὡς εὐδόκησε καθορᾶται. Καὶ ἑαυτὸν δέδωκεν ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τανῦν αὖθις δίδωσι. Καὶ τῶν τοιούτων ἔργων, ὦ πολλῆς ἀγαθότητος, ἡμεῖς λειτουργοί τε καὶ ὑπηρέται καὶ μύσται. Τί τούτου μεῖζον, κατὰ τὸ ἐνεργεῖν τὰ μυστήρια, ὑπὲρ ἀγγέλους τὴν ἀξίαν εἰλήφαμεν. Ὦ τῆς χρηστότητος τοῦ Δεσπότου! ὃς πάντα περιέχει, καὶ ἀπερίληπτος, ἐν τόπῳ

Digitized by Google

δι' ἡμᾶς· ὁ ἀναφὴς κατεχόμενος· ὁ ἀόρατος ἐν αἰσθήσει· ὁ νοῒ ἀκατάληπτος τοῖς θνητοῖς μετεχόμενος; δι' ἡμῶν τε τῶν τῆς ταπεινῆς καὶ παραπεπτωκυίας φύσεως, διὰ τῆς δεδομένης ἡμῖν ἱερωσύνης, ὦ τοῦ θαύματος! τοῖς μυστηρίοις γινόμενος καὶ φαινόμενος, καὶ διδόμενος, καὶ φερόμενος, καὶ χορηγούμενος, καὶ οἰκιζόμενος, καὶ ἐνδυόμενος, καὶ ὀργιζόμενος, καὶ καταλλαττόμενος, καὶ ἱλεούμενος, καὶ μεταλαμβανόμενος. Τί καινότερον τῶν τοιούτων; τί μεῖζον ἀγαθὸν πρὸς ἀνθρώπους; τίς δύναμις; ὑπερτέρα; τίς ἐξουσία μείζους πλουτοῦσα χάριτας; Ἰδοὺ ὁ χοῦς ἡμεῖς καὶ πηλός τε καὶ σκώληξ; ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις ὁρώμεθα· μᾶλλον δὲ καὶ πλείω τούτων δυνάμενοι τῇ τῆς ἱερωσύνης δυνάμει. Καὶ πλάσται γὰρ τῆς κρείττονος πλάσεως τῷ βαπτίσματι καὶ τοῖς λοιποῖς μυστηρίοις· καὶ Θεοῦ υἱῶν πατέρες, καὶ θέσει θεῶν ἐνεργοί, καὶ ἁμαρτίας ἀναιρέται, καὶ ἐλευθερωταὶ ψυχῶν, καὶ λύται δεσμῶν αἰωνίων, καὶ παραδείσου κλειδοῦχοι, καὶ τὰ Θεοῦ δυνάμενοι· καὶ αὐτοῦ δεικνύμεθα συνεργοὶ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώποις.

A iterum atque iterum: et hujus operis, o bonitas ineffabilis! nos sumus ministri, mystæ et sacerdotes. Quid hoc majus? hac suprema sacra mysteria celebrandi potestate, angelos ipsos dignitate vincimus. Sed o Magistri clementia! Qui omnia continet nec contineri potest, in parvo contrahitur loco pro nobis: qui palpari non potest, digitis tractatur et retinetur; invisibilis, sensibus objicitur; qui mente comprehendi non potest, mortalibus communicat in natura nostra infima et fallibili, et per sacerdotium quo dignati sumus, o prodigium! mysteriis generatur, manifestatur, datur, producitur, introducitur, in loco collocatur, induitur, ad iracundiam provocatus et reconciliatus, et misericordia motus, et communione susceptus. Quid B horum magis stupendum? Quod majus in his hominum collatum beneficium? Quæ potestas sublimior? Quæ auctoritas majores conferens gratias? Ecce nos pulvis, lutum, vermes auctoritate et virtute pleni apparemus, maxime et super omnia cum sacerdotii excellentem exercemus potestatem. Etenim sumus creatores sublimioris creationis baptismate et aliis sacramentis, et Dei Filiorum Patres, et divinorum instituti operatores, et peccati destructores, et liberatores animarum, solventes vincula æterna et paradisum reserantes, sic Dei potestatis sequestres et custodes, ejus scilicet cooperatores ad salutem hominum.

Μᾶλλον δὲ τί πρὸς ταῦτα ἡμεῖς; Πόσων ὀφειλέται Θεῷ ἕνεκα τηλικούτων δώρων; Ὁποῖοι δὲ εἶναι κεχρεωστήκαμεν, οὐδὲ εἰ κατὰ τὴν θεωρίαν ἦμεν τῶν πολυομμάτων ἐκείνων ἱκανοὶ πρὸς τοιαῦτα; Τίς γὰρ φύσις κτιστὴ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀξία χαρίτων; Αἱ πρῶται τῶν ἄνω τάξεις τρέμουσι, συστέλλονται, C φρίττουσιν, αὐτὰ τὰ δι' ἡμῶν ἐνεργούμενα καθορῶσαι. Καὶ γὰρ μᾶλλον θαυμάζουσι, τὸ πολυποίκιλον τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας διὰ τῆς Ἐκκλησίας καταμανθάνουσαι, ὡς ὁ Παῦλός φησι. Καὶ αὗται μὲν ἐπιγινώσκουσαι τὸ κτιστὸν ἑαυτῶν, καὶ τὸ ὑπέρμετρον τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, δειλιῶσί τε καὶ ἐκπλήκτως βοῶσι, καὶ τοῖς γινομένοις θαυμάζουσιν. Ἡμεῖς δὲ τούτων τῶν θειοτάτων τε καὶ μεγίστων ὑπουργοὶ τυγχάνειν καὶ ὑπηρέται ἠξιωμένοι, ὁποίως διακείμεθα; τὴν φοβερὰν ἐξουσίαν ταύτην καὶ φρικτοτάτην ἐγχείρησιν, ἔστιν ὅτε εἰς ἀρχὴν (οἴμοι!) παθῶν, **372** καὶ ὕλην ἁμαρτίας, τὴν ἁμαρτίας καὶ παθῶν ἀναιρέτιν ἀπεργαζόμεθα, εἰς ἐξουσίαν ἀρχικήν τε καὶ κοσμικὴν ταύτην ἕλκοντές τινες καὶ πονηρῶς βιαζόμενοι, καὶ μανιωδῶς ἐπι- D πηδῶντες αὐτῇ, καὶ τὰ καθ' ὧν κατέστη διενεργοῦντες, ἵνα ταύτης φεῦ! ἐπιδράξωνται, εἴγε καὶ ταύτης οὕτω μετέχουσι, καὶ οὐ μακρύνονται μᾶλλον. Τοῦ τοιούτου ὕψους εἰς ἔννοιαν οἱ κατ' ἀγγέλους ἐκεῖνοι τῶν ἁγίων γινόμενοι, κατὰ τὰ θειότατα φρίττοντες, ὡς εἴρηται, Σεραφὶμ, τὸ μέγα τῆς ἱερωσύνης ἔφευγόν τε καὶ ὑπεστέλλοντο· ἀξιούμενοι δὲ ταύτης, ὅπως τὸν ἑαυτῶν ᾠκονόμουν βίον, ἔτι λοιπὸν ἐξ ὧν εἰργάσαντο.

Quid amplius ad hæc nos dicemus? Quot et quanta Deo debemus! quantum abest ut satis digne de eo judicemus, etiamsi oculatiores essemus! Quæ enim creata natura beneficiis Dei invenietur digna? Primi cœlestium spirituum ordines tremunt, se prosternunt, timore corripiuntur ea quæ agimus cernentes: etenim maxime mirantur quoniam per ecclesiam prædicatur multiformis Dei sapientia, ut loquitur Paulus[a]; ipsique agnoscentes a quo creati sunt et immensam Dei in se bonitatem timent et stupentes proclamant de his quæ fiunt miraculis. Nos vero sanctissimarum maximarumque rerum ministerio et dispensatione dignati quonam animo sumus? Tremendam hanc auctoritatem et formidandam fabricationem sæpe, heu! in nobis imperio passionum et carnis peccati subjicimus, dum peccati et passionum fugam et derelictionem super illo complemus, et in hanc potestatem omnium primam, quasi mundana foret trahantur quidam etiam male viventes, et in eam stulte furioseque insilientes ita quæ sunt præcepta faciunt ut illam arripiant, qui, heu! ab illa arceri meruissent, nedum his omnibus emendemus. Illi vero qui sanctorum more viventes ad instar angelorum intelligentiam et existimationem hujus adepti sunt celsitudinis, tremente, ut diximus de sanctissimis Seraphim, magnam sacerdotii effugiunt dignitatem et ab ea se subducunt: dignos autem ejus se ostendunt manifestis operibus quibus vitam ordinant et regunt.

[a] Ephes. III. 10.

Digitized by Google

Nos ergo, charissime, hujus meriti participes esse cupientes, quantum poterimus, enitemur vitam regere et reformare ad eorum exemplum et normam. Hoc opus non solum non est nostrum qui sumus tantuli inter minimos, nec consequens ex nostro merito, sed etiam neque est opus eorum qui sunt quam maxime puri et qui secundum angelos vivunt, sed neque opus est ipsorum angelorum. Solius divinæ est opus naturæ producentis ex nihilo quæ sunt et non fuerunt prius, quæ omnia conservat, et quæ potest pro voluntatis nutu ea mutare. Quod inde patet. Soli inter res creatas reformationem exspectamus qua indigemus, misere triturati et pulchritudinis pristinæ jacturam passi non audiendo vocem Dei æterni, immortalis, immaculati et immutabilis; bono autem ex nihilo creato servientes; voluntarie corrupti ex eo, divina immortalitate spoliati, et separatione et alienatione ab immortalibus mortales facti, in tantam gratiæ necessitatem incidimus et penuriam auxilii. Etsi enim apostata sibi ipsi vivens et stans videatur, tamen privatur vera Dei vita, pessima mutatione sponte sua mutatus; et hac ipsa persuasione adversarius constituitur Domini qui fecit illum et propterea sibi ipsi et nobis quos perfide allicions ad imitationem sui persuasit, causa perditionis fuit. Sed ille mansit apostata, nec malitiam deseruit; nos vero et post peccatum locum habeimus ad vitam remeandi, bonitate ejus qui fecit nos. Ille enim non illusionem quamcunque passus est ut caderet; nec erat pondere carnis et materiæ illecebris innodatus, sed voluntarie, etsi ejus veram et lucidam haberet cognitionem, decidit a bono. Hinc ergo et pœnitentiæ locum non habens, perfidia maxime malus, in malitia perseveravit, et malitiam suam auxit. Nos autem e sensibus erepti et contra pessimas ejus seductiones muniti, gratiam accepimus pœnitentiæ, ut si quando in tentationem mali hujus hostis nostri inciderimus, sensum et intelligentiam adepti verorum et divinorum bonorum, e quibus excidimus, resipiscamus, iterum revocemur, et pro culpa misericordiæ gratiam habeamus, et denuo in participationem bonitatis divinæ redintegremur. Cum igitur ad hæc tendant et prophetæ et lex et cæremoniæ sacrificiaque omnia lege præscripta et denique Dei incarnatio inter homines, ut malum peccati doceamur, quatenus ab illo recedentes et hunc qui nos corrumpit et seducit, fugientes, inveniamur sicut prius fuimus, aut potius meliores, natura scilicet nostra Creatori unita, ut dictum est; denique per incarnationem revocati sumus ad Dominum summe diligentem et bonum. Sed cum impossibile esset ut incarnatus perpetuo maneret hic inter nos, quod humanæ naturæ alienum hoc esset, proprium autem et legitimum vitæ quam post sacrificium resumpsit, non poterat insuper carnem morte immortalitate jam donatam mortalibus subjicere oculis, maxime impiorum et peccatorum hominum, nec istorum operari reformationem: quia etiam illud

A Τούτων τῆς ἀξίας καὶ ἡμεῖς κοινωνοὶ, ἀγαπητὲ, θείᾳ χάριτι γεγονότες, ὡς δύναμις ἐξακριβοῦν τὸν βίον καὶ διευθύνειν κατ' ἐκείνους σπουδάσωμεν. Τοῦτο τὸ ἔργον οὐχ ὅπως τῶν ἐλαχίστων ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἔργον ἀξίας τῆς ἡμετέρας ἀκόλουθον, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τῶν ἄκρως κεκαθαρμένων ἐκείνων, καὶ τῶν κατ' ἀγγέλους καὶ ἀγγέλων αὐτῶν. Μόνης δὲ τῆς θείας τοῦτο τυγχάνει φύσεως ἔργον, τῆς τὰ ὄντα παραγαγούσης μὴ ὄντα πρότερον, καὶ αὖθις συγκρατούσης, καὶ ἀλλοιοῦν δυναμένης ὡς βούλεται. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. Ἐπεὶ γὰρ ἡμεῖς μόνοι τῶν γεγονότων ἁπάντων τῆς ἀναμορφώσεως ἐχρῄζομεν, συντριβέντες ἀθλίως καὶ τὸ πρῴην ἀπολέσαντες κάλλος τοῦ ἀεὶ μὲν ὄντος καὶ ἀθανάτου καὶ
B ἀφθάρτου καὶ ἀναλλοιώτου Θεοῦ παρακούσαντες, ὑπακούσαντες δὲ τοῦ ἐκ μὴ ὄντος γεγονότος ἀγαθοῦ, καὶ παραφθαρέντος ἑκουσίως, καὶ τὴν ἀθανασίαν ἀπολωλεκότος τὴν θείαν, θνητοῦ τε καταστάντος τῇ διαστάσει τοῦ ἀθανάτου, εἰς τὴν χρείαν τῆς χάριτος ταύτης ἤλθομεν. Εἰ γὰρ καὶ ζῶν καὶ μένων ὁ ἀποστάτης δοκεῖ, ἀλλὰ τῆς ἀληθοῦς ζωῆς τῆς τοῦ Θεοῦ ἀπεστέρηται, ἀλλοιωθεὶς αὐτοθελῶς τὴν πονηρὰν ἀλλοίωσιν, καὶ ἐναντίος κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ ὑπάρξας τῷ πεποιηκότι αὐτὸν Δεσπότῃ, καὶ διὰ τοῦτο ἀπωλείας τῆς ἴσης αὐτῷ, καὶ ἡμῖν αὐτῷ πεπεισμένοις παραίτιος γέγονεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἀποστάτης μένει, καὶ ἡ κακία αὐτῷ ἀναπόβλητος· ἡμεῖς δὲ καὶ μετὰ τὸ πεσεῖν, ἐγερθῆναι χώραν εἰλήφαμεν ἀγαθότητι τοῦ πεποιηκότος· ὅτι ἐκεῖνος
C μὲν οὐκ ἀπάτῃ πέπτωκεν, οὐδὲ γὰρ σαρκὸς πάσχει καὶ ὕλῃ συμπέπλεκτο· ἑκουσίως δὲ, οὕπερ ἀληθῶς τὴν γνῶσιν εἶχεν, ἀπεπήδησεν ἀγαθοῦ. Ἐντεῦθεν οὖν καὶ μετανοίας χώραν οὐκ ἔχων, ἐθελοκακῶν μᾶλλον μένει, καὶ τῇ πονηρίᾳ πλατύνεται. Ἡμεῖς δὲ, αἰσθήσει κλαπέντες καὶ πλάνῃ τούτου πονηροῦ, χάριν εἰλήφαμεν μετανοίας, ὡς εἰ τοῦ κακοῦ γεγονότες ἐν πείρᾳ, τούτου καταφρονήσομεν, εἰς αἴσθησίν τε τῶν ἀληθῶν καὶ θείων ὧν ἐκπεπτώκαμεν γεγονότες μεταμεληθῶμεν, αὖθις ἀνακληθῶμεν, καὶ τῆς ἀπάτης ἐκείνης χάριν ἐλεηθῶμεν, τῆς θείας δὲ πάλιν μεταλάβωμεν ἀγαθότητος. Ἐπεὶ οὖν διὰ ταῦτα καὶ προφῆται, καὶ νόμος, καὶ τελετὴ πᾶσα τούτου, καὶ τελευταῖον Θεοῦ ἐνανθρώπησις, ἵνα καὶ διδαχθῶμεν τὴν πτῶσιν, καὶ ταύτης ἀπο-
D στάντες καὶ τοῦ φθείραντος ἡμᾶς καὶ πλανήσαντος, γενώμεθα ὡς τὸ πρώην· μᾶλλον δέ γε καὶ κρεῖττον, ὡς τῆς ἡμετέρας, ὡς εἴρηται, φύσεως τῷ ποιητῇ ἑνωθείσης, τοῦτο ἤδη καὶ γέγονε, καὶ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀνακλήθημεν τοῦ φιλανθρωποτάτου Δεσπότου. Πλὴν ἐπειδήπερ τὸν σαρκωθέντα ἐντεῦθα πάντοτε μένειν οὐ δυνατὸν ἦν, οὐδὲ γὰρ φύσεως ἀνθρωπίνης τοῦτο, ὄρον ζωῆς λαβούσης μετὰ τὸ ἐπιτίμιον, καὶ τὴν σάρκα δὲ τῷ θανάτῳ ἀθανατίσαντα, οὐκ ἦν δυνατὸν αὖθις ὁρᾶσθαι θνητοῖς, καὶ ἀσεβέσι μᾶλλον ἢ πλημμελοῦσιν ἀνθρώποις, καὶ τούτων ἐνεργεῖν τὴν ἀνάπλασιν· ὅτι καὶ παρ' ἀξίαν τοῦ θείου καὶ ἀφθάρτου καὶ ἀλήπτου σώματος ἐκείνου τοῦτο ἦν, καὶ ὅτι οὐδὲ παρὰ πάντων ἀνθρώπων αὐτεξουσίῳ χρωμένων, ὑπακούεσθαι εἶχεν

Digitized by Google

ἂν καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐνεργεῖν, ἐμελλε δὲ μᾶλλον καὶ πάλιν ἀθετεῖσθαι. Καὶ εἰ δυνατὸν πάτσειν, καὶ θνήσκειν ἀπειράκις, ὡς καὶ ἠθετήθη καὶ ἀθετεῖται, καὶ ἔπαθε καὶ πάσχει πάλιν διὰ τῶν αὐτοῦ πάντοτε πασχόντων ὑπὲρ αὐτοῦ· διὰ ταῦτα τοίνυν αὐτὸς μὲν ἀνελήφθη. Καὶ τοῦτο ποιῶν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀχωρίστως μένων ἐν κόλποις τοῖς Πατρικοῖς, καὶ πανταχοῦ παρὼν πάντοτε, τὸ σῶμα συναυψῶν, καὶ τῷ Πατρὶ προσάγων ὡς δῶρον, καὶ σύνεδρον ποιῶν ἄνω, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως, ὡς ἔφη Παῦλος, καταστησάμενος, **373** καὶ ὁμόθεον ἀποδείξας, δοξαζόμενον καὶ προσκυνούμενον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, ὃ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀεὶ κεῖται, θῦμα καὶ προσφέρεται τῷ Πατρὶ, καὶ παράκλητός ἐστι, καὶ ἱλασμὸς, καὶ λυτήριον, καὶ μετοχὴ, καὶ δῶρον, καὶ βραβεῖον, καὶ πᾶσα ἀπόλυσις. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα οὕτως ἐξετελέσθη, καὶ α μὲν ἐ ω κ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, οἱ σωζόμενοι δὲ τοῦ σώζοντος ἐν χρείᾳ εἰσὶν, ὁ Σωτὴρ τὴν χάριν τοῦ σωτηρίου, ὢ τῆς πολλῆς εὐσπλαγχνίας! τοῖς ἴσοις τὴν φύσιν ἤτοι ὁμοιοπαθέσιν ἀνθρώποις, τοῖς σωζομένοις παρέσχετο· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς σῶσαι θέλων ἀνθρώπους, κατ' ἄνθρώπους ἐγένετο· οὐκ ἀγγέλοις τοῦτο παρασχὼν, ὡς εἴρηται, ὅτι οὐδ' ἀγγέλοις ἠνώθη, εἰ μὴ νοητῶς· μόνον· οὐδὲ γὰρ χρεία τούτοις ἀνακαινίσεως. Σωτῆρας οὖν ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ψυχῶν πλάστας, καὶ πρὸς οὐρανὸν ὁδηγοὺς, καὶ φῶς, καὶ ζωὴν, καὶ Πατέρας, καὶ ποιμένας καὶ φύλακας, τοὺς ἱερεῖς κατεστήσατο, τὴν αὐτοῦ δύναμιν κεκτημένους· οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν γεγονότας οὐδὲ δι' αὐτοὺς μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ἄλλων τοῦτό γε καταστάντας.

Φροντιστέον τοίνυν ὁπόση δύναμις, ὡς πρὸς τὸ τοῦ μυστηρίου ὕψος ἑαυτοὺς ἱκανοὺς παρέχειν ὡς ἐγχωρεῖ· ὡς ὀφείλει Θεοῦ δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ χάριν ἐπὶ γῆς τινας κεκτημένους· καὶ οὕτως οὐχ ἑαυτοὺς μόνον ὠφελεῖν δυναμένους, ἀλλὰ τῶν πολλῶν χάριν μᾶλλον αὐτοὺς παρέχειν· καὶ τοῦτο μέχρι θανάτου· οὕτω καὶ γὰρ τὸ ἀρχέτυπον. « Τὴν ψυχήν μου γὰρ, φησὶ, τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Καὶ Πέτρος δὲ, « Χριστὸς, φησὶν, ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν. » Καὶ Παῦλος περὶ τοῦ Πατρὸς λέγει· « Ὃς τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν ἑαυτόν. » Καὶ ταῦτα μὲν κοινὰ πᾶσιν ἱερεῦσι· τί δὲ καὶ τοῖς τὸ θεῖον σχῆμα καὶ σταυροφόρον ἐνδεδυμένοις οὐ τῆς πτωχείας τοῦτο σημεῖον τοῦ Ἰησοῦ; Τοῦ σταυροῦ σύμβολόν ἐστι, τοῦ θανάτου εἰκὼν, ὅλων τῶν ἄνω· μελέτημα, τῶν κάτω πάντων ἀπόθεσις. Διὸ καὶ οἱ ἐν γνώσει τούτου μύσται πρὸ, τὸ ὕψος τῆς ἱερᾶς δόξης ἔφευγον· οὐχ ὅτι φευκτὸν ἡ ἱερωσύνη, ἀλλ' ὅτι ἱκανῆς δεῖται καὶ μεγάλης τῆς μελλούσης οἰκονομεῖν τὰ ἱερὰ ἔργα ψυχῆς· καὶ καθαρᾶς μὲν ὡς δυνατόν· προθύμου δὲ ὑπὲρ ὠφελείας τῶν ἀδελφῶν· ὅτι καὶ Θεοῦ ἔργον καὶ ἀγαπητὸν αὐτῷ, καὶ δι' ἀγάπην δεδομένον, ὡς καὶ τὸν Πέτρον Χριστὸς ἐδίδαξε. Παρῃτοῦντο τοίνυν ὡς ὑπὲρ αὐτοὺς λογιζόμενοι τὴν μεγάλην ἱερωσύ-

A erat huic sancto, porro et impalpabili corpori inconveniens; quia denique coram omnibus hominibus libero arbitrio utentibus non potuit agere quæ pro illis subiit, elegit potius iterum exinaniri, et quantum posset pati et mori millies, et ultra, sicut exinanitus est et exinanitur, passus est et patitur per suos continuo quotidie pro illo patientes: et propterea ipse ascendit in cœlum. Et hoc pro nobis fecit qui ab æterno manet in sinu Patris; atque ubique semper præsens est: corpus suum extollens coram Patre collocavit quasi donum humanæ naturæ, et sedere fecit in cœlo: « Super omnem principatum, et potestatem et virtutem, » ut ait Paulus [s]. Illudque corpus deificum præbuit glorificatum et adoratum super omnem creationem, et denique constituta pro B nobis in æternum victima offertur Deo Patri: sicque ipse est consolator noster, propitiatio nostra, redemptio nostra, pars nostra, donum nostrum, bravium nostrum, omnisque fructus noster et gaudium. Postquam ergo hæc ita adimplevit, et ipse sedet in cœlo ad dexteram Patris, salvati autem Salvatore indigent et Salvator, o pietatis infinita dignatio! salutis gratiam, hominibus sibi natura et passione similibus tribuit: salvare volens homines, hominibus similis factus est. Non angelis, ut dictum est, tale contulit beneficium ut angelorum naturam sibi uniret ne quidem intellectualiter; ipsi non egebant renovatione. Pro se ergo sacerdotes constituit salvatores, animarum formatores, ductores in cœlum, C lumen, vitam, patres, pastores et custodes; ejus virtutem adepti sunt et ad hoc constituti non pro seipsis solum et propter seipsos, sed pro aliis etiam.

Considerandum est igitur quanta sit hæc potestas, ut nos ipsos idoneos præbere ad altissimum illud mysterium pro viribus satagamus. Sic oportet quosdam supor terram adipisci Dei virtutem, auctoritatem et gratiam, ut non solum in propriam utilitatem exerceant, sed et in profectum multorum illi habeant et tribuant etiam usque ad mortem parati. Sic enim fecit et dixit archetypum nostrum: « Animam meam pono pro ovibus meis [t]. » Petrus autem: « Christus, inquit, pro nobis passus est. » Et Paulus de Patre dicit: « Proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis om- D nibus tradidit illum [u]; » et hæc omnia communiter dicta sunt de Jesu et de omnibus sacerdotibus. Quid sibi vult quod induantur sancto habitu et stola crucibus ornata? nonne hoc est signum paupertatis Jesu? Crucis Dominicæ symbolum est, mortis ejus imago, cœlestium omnium exercitatio, terrenorum evacuatio. Idcirco quidam spirituales homines jam ministerio sacro initiati aliquando ultimum divinæ gloriæ culmen effugerunt, non quod sacerdotium sit quodam modo effugiendum, sed timetur quia ad illud officium et regimen sanctarum rerum requiritur mens omnino apta et altissima maximaque sapiens; et quam purissima; zeloque in bonum

[s] Ephes. I, 21. [t] Joan. X, 15. [u] Rom. VIII, 32.

Digitized by Google

fratrum flagrantissima ; et quia hoc est opus Dei , cujus illi cura est amore et æmulatione plena. et amori mercede donatum, sicut Christus docuit Petrum [a]. Summis igitur precibus se excusabant, exemplo Patrum illorum qui præ humilitate supra se esse sacerdotium profitebantur. Atqui ab hominibus illis præsertim post susceptum habitum recusabatur sacerdotium , quos propter meriti eminentiam et puræ vitæ excellentiam , multi dignos judicaverant : illud enim timetur ab anima forti et immaculata : porro candor, innocentia et pietas huic maxime conveniunt professioni. Et hic multorum est honor splendidissimus, maxime eorum qui sunt ex Ecclesia ; qui tantopere est virtute et stabilitate donatus ut fere totius Ecclesiæ familia, a monachis dirigi videretur. Si enim accurate inquiras, vix invenias aliquam a sæculo ad hierarchiam sacram evectum fuisse : hoc quasi sorte monachis reservatur : et nosti quod si qui ad sacros ordines diriguntur ex mundana vita, hoc ab Ecclesia conceditur ut monachorum habitu primum induantur. Sed dum hæc fidelium existimatio et præsertim sanctorum qui in Ecclesia præsunt, sacræ huic professioni secundum cœlestem normam et institutionem susceptæ honorem conferre gestit, mala multorum dispositio ipsa omnia corrumpit, professionis cæremonias inutiles reddit, heu ! et solvit : et quidam ordines hierarchiæ usurpantes , minime tractant ut oporteret. Sed id unum satagunt obtinere ut sacratissima hac auctoritate potiantur, et ad hoc nihil non faciunt. Nihil horum quæ ad ejus dignitatem conferunt exercent, imo aliquando potius quæ sunt contra illam faciunt, sed illa contra eos maxime vergunt. Etenim propterea sacro habitu non induendi sunt, sed scopo ejus attendendum est , et cum sacerdotio aliqui dignandi sunt , eligendi sunt inter eos qui magis pii conversatione ostenduntur, et qui maxime humilitate radicati humilem Dominum imitantur. Continuo quidem deprehendere habemus eos qui regulam et imaginem Domini non susceperint in sacra ordinatione, plerumque invenire arrogantiæ et vanæ ostensionis causam, non per seipsam, sed per voluntatem nostram, quæ, Dei spiritu dirigi renuens , unice ad bona inferiora præceps ruit et etiam se illis implicat et miscet sensibus. Non autem debemus decipi. Hæc contra me scribo, sæpe cogitationibus præsumptionis illusus, sed non excusationem quæram, scio enim quam sit sancta hæc loquendi necessitas, et me cum aliis confitendi mendacem. Impossibile est nullum in nobis profectum emergere ex memoria et cognitione bonorum etiam cum adversamur per quæ non oportet opinamenta. Etenim per nos non stat opinionum notiones et convenientias detegere, quia errori obnoxios esse nobis natura accidit et inconstantiæ et mutationi subesse : sed optime possumus cognoscere quod patimur et quod nobis expedit et iterum ad melius agi et converti : hoc certo scientes quod pœnam luemus si mali simus. Aliunde memoria retinere bona pretiosissima et æterna aliquid in nobis ingerit et seminat divinissimum.

[a] Joan. xx, 15 seq.

A νην οἱ ταπεινόφρονες ἐκεῖνοι Πατέρες. Νῦν δὲ παρὰ τῶν τὸ σχῆμα ἐκείνων ἐνδεδυμένων τοῦτο διώκεται μᾶλλον, καὶ τούτοις δίδοσθαι διὰ τὸ μέγα τῆς ἀξίας ὑψηλόν τε καὶ καθαρὸν ἄξιον κρίνεται τοῖς πολλοῖς, ὅτι καὶ τῆς δυνατῆς καὶ κεκαθαρμένης τοῦτο δεῖται ψυχῆς. Καθαρότης δὲ καὶ εὐλάβεια συντρέχει μᾶλλον τῷ σχήματι. Καὶ ἡ τοιαύτη τῶν πολλῶν δόξα καλλίστη, καὶ τῶν καθόλου μᾶλλον τῆς Ἐκκλησίας· καὶ κατὰ τοσοῦτον βεβαιωθεῖσά ἐστιν, ὡς καὶ τὴν προστασίαν τῆς Ἐκκλησίας πασης σχεδὸν τοῖς μοναχοῖς ἐγχειρίζεσθαι. Καὶ ἐξετάζων ἤδη σπανιάκις εὕροις τινά ποτε τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἱεραρχίας ἠξιωμένον· τοῖς μοναχοῖς δὲ τοῦτο ὥσπερ ἀποκεκλήρωται. Καὶ ἴδοις ἂν τινας ἐκ τοῦ κοσμικοῦ βίου πρὸς ἱεραρχίαν ἀναγομένους.

B Καὶ τοῦτο δὴ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀπαιτουμένους, τὸ τῶν μοναχῶν πρότερον ἔνδυμα ἐπενδύσασθαι.· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρίσις κοινὴ τῶν πιστῶν καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας θείων προστατῶν μᾶλλον, τῷ σχήματι τῷ θείῳ κατὰ τὴν ἄνωθεν τούτου τάξιν καὶ τὸ ἐπάγγελμα, ἀπονεμόντων τὴν τιμήν· ἡ τῶν πολλῶν δὲ οὐκ ἀγαθὴ γνώμη τὰ πάντα παρέφθειρε. Καὶ τὸ τοῦ σχήματος ἠχρειώθη (φεῦ !) καὶ παρατέθρυπται. Καὶ τῆς ἱεραρχίας ἐπειλημμένοι τινὲς, οὐχ ὥσπερ ἐχρῆν ταύτην οἰκονομοῦσιν, ἀλλ' ὥστε μὲν μόνον τῆς θειοτάτης ἀξίας ἐπιτυχεῖν σπεύδουσιν ὅση δύναμις, καὶ πάντα πράττουσιν ἐπὶ τούτῳ· οὐδὲν δὲ τῶν κατ' ἀξίαν **375** αὐτῆς διενεργοῦσιν, ἔστιν ὅτε δὲ μάλιστα, καὶ τὰ κατ' αὐτῆς, καθ' ἑαυτῶν δὲ μᾶλλον

C ποιοῦσι. Δέον γὰρ μὴ διὰ τοῦτο τὸ σχῆμα ἐνδύεσθαι, τῷ σκοπῷ δὲ τούτου προσέχειν, καὶ τῆς ἱερωσύνης δὲ ἀξιωθέντας, πρὸς τοῦτο ἀπολεγέντας, εὐλαβεστέρους δείκνυσθαι, καὶ τῷ ταπεινωθέντι συνταπεινοῦσθαι Δεσπότῃ, οὗ τὴν τάξιν καὶ τὴν εἰκόνα εἰλήφασιν, ἔστιν ὁρᾷν, ἐπάρσεως μᾶλλον τὴν θείαν τάξιν ταύτην καὶ τύφου πολλοῖς γινομένην αἰτίαν, οὐ παρ' αὐτὴν, παρὰ δὲ τὴν ἡμετέραν οὐ πρὸς τὸν θεῖον νοῦν τεταμένην προαίρεσιν, πρὸς μόνα δὲ κεχηνυῖαν, καὶ ὅλην ἐκκρεμαμένην τὰ κάτω καὶ ἐν αἰσθήσει. Ὀφείλομεν δὲ μὴ οὕτω σκοπεῖν. Εἰ γὰρ καὶ κατ' ἐμαυτοῦ ταῦτα γράφω, τοῖς αὐτοῖς λογισμοῖς τῆς οἰήσεως πολλάκις ἐχόμενος, ἀλλ' οὐ παραιτήτομαι· καὶ ὅσον ἐννοῶ θεῖον εἶναι καὶ ὀφειλόμενον λέγειν, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐμαυτὸν

D ἐξελέγχειν. Ἀδύνατον γὰρ μὴ δνῆσίν τινα γίνεσθαι τῇ μνήμῃ καὶ ἐννοίᾳ τῶν ἀγαθῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ὑπὸ μὴ δεόντων λογισμῶν κλεπτομένοις. Τὸ γὰρ ἐννοίας δέχεσθαι καὶ προσβολὰς λογισμῶν ἡμᾶς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν· καὶ τὸ ἀπατᾶσθαι ἐπισυμβαίνειν πέφυκεν ἡμῖν ἀλλοιώσει κεκρατημένοις. Ἀλλὰ τὸ ἐννοεῖν τὸ συνοῖσον, καὶ αὖθις ἐπανάγεσθαι πρὸς τὸ κρεῖττον, τῶν ἐφ' ἡμῖν. Τοῦτο οὖν παρορῶντες, ὑπ' εὐθύνην ἂν εἴημεν. Ἄλλως τε καὶ τὸ μεριμνᾷν περὶ καλλίστων ἀεὶ, πέφυκέ τι θειότερον ἀποτίκτειν.

Λοιπὸν ὀφείλομεν ἐξετάζειν τίνος ἐσμὲν ὑπηρέ- A
ται, καὶ τίνος ἔργου διάκονοι· καὶ τὴν εἰκόνα φέ-
ρομεν τίνος. Θεοῦ τοίνυν ἐσμὲν ὑπηρέται τοῦ κτί-
σαντος τὰ πάντα, καὶ εἶναι εὖ εἶναι ποιήσαντός τε
καὶ ἀεὶ βουλομένου· καὶ μεταβεβλημένων ἑκουσίως
εἰς τὸ κακῶς εἶναί τινων, καὶ μᾶλλον ἀνθρώπων,
αὖθις εἰς τὸ εὖ εἶναι ἀποκαταστῆσαι θελήσαντός τε
καὶ εὐδοκήσαντος, καὶ ἐνεργοῦντος τοῦτο διὰ τῶν
ἱερέων. Ἔργου δὲ διάκονοι ὑπάρχομεν τοῦ μεγί-
στου. Ὧ γὰρ ἡνώθη τὰ ἐπὶ γῆς τοῖς ἄνω καὶ ἡ
ἔχθρα ἐλύθη, καὶ Θεὸς βροτοῖς κατηλλάγη, καὶ
πλάνη πέπαυται πᾶσα, καὶ δαιμόνων κράτος ὤλετο,
καὶ ἄνθρωποι μετ' ἀγγέλων, καὶ υἱοὶ Θεοῦ καὶ θεοὶ
γεγόναμεν κατὰ χάριν, τούτου ἐνεργοὶ, λειτουργοὶ,
οἰκονόμοι, μύσται τυγχάνομεν ἀπορρήτως. Εἰκόνα
δὲ φέρομεν, ὡς θεῖαν- τε καὶ μεγίστην, κατὰ τὴν B
ἀξίαν ἕκαστος ἀναλόγως. Ἐπίσκοπος γὰρ εἰκὼν
Ἰησοῦ· καὶ μετ' αὐτὸν πρεσβύτερος κατὰ τὸ θύειν
τὰ μυστικά· τοῖς δ' ἄλλοις χαρίσμασιν ἐπίσκοπος
μὲν εἰκὼν τοῦ τῶν φώτων Πατρὸς, παρ' ᾧ πᾶσα
δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, καὶ φωτιστικὸς
διὰ ταῦτα. Πρεσβύτερος δὲ, τῶν ὑπερτέρων τάξεων
τύπον ἔχων, καὶ δεύτερον φῶς, καὶ μεταδοτικὸς καὶ
ἐνεργὸς μυστηρίων, καὶ διὰ τοῦτο τελεστικός. Διά-
κονος δὲ τρίτη τάξις, ἀγγέλων τύπον ἔχων Λειτουρ-
γικῶν, ἀποστελλομένων ἀεὶ διὰ τοὺς μέλλοντας
κληρονομεῖν σωτηρίαν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ κήρυξ,
καὶ ἑτοιμάζων, καὶ λειτουργικὸς οὗτος. Πάντες δὲ
ἑνὸς Θεοῦ παρεστάται, ἑνὸς θύματος θεαταί· τοῦ
αὐτοῦ δὲ καὶ κοινωνοὶ, καὶ σύσσωμοι, καὶ σύνδοξοι, C
καὶ ἄλλοις μεταδοτικοὶ χάριτι θείᾳ, εἰ καὶ πρώτως·
τοῦτο γίνεται καὶ δευτέρως, κατὰ τὴν τάξιν τὴν
ἑκάστῳ ἄνωθεν διδομένην.

Ἴδωμεν τοίνυν τὸν Ἰησοῦν. Θεὸς ἀληθὴς, ἐκ τοῦ
ὄντος ὤν, ἀνάρχου Νοῦ Λόγος· Πατρὸς ὑψίστου Υἱὸς
μονογενὴς, τοῦ ἐξ οὗ τὰ πάντα, Σοφία, Δύναμις,
καὶ Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα. Παντοκράτωρ Κύριος,
ἄϋλος, ἀόρατος, ἄφραστος, ἀπερίληπτος, ἀκατά-
ληπτος, ἀπερίγραπτος, ἀναφὴς, ἀθάνατος. Τέλος τί
δι' ἡμᾶς; Ἄνθρωπος, ὁρατὸς, περιγραπτὸς, παθη-
τὸς, θνητὸς, πτωχὸς, ἄπολις, ἄτιμος, πραθεὶς, κατά-
κριτος, ὑβρισθεὶς, ἐμπαιχθεὶς, βασανισθεὶς, σταυρω-
θείς. Ταῦτα δι' ἡμᾶς. Τί θειότερον; τί δεῖγμα ἀγα-
θότητος ἄλλο μέγιστον; Ἀβύσσου εὐσπλαγχνίας D
τί γνωριμώτερον; ταπεινώσεως Θεοῦ τί φανερώτε-
ρον; Ὁ κτίστης κτίσμα, ὁ ποιητὴς ποίημα, καὶ
πάσχων ὑπὲρ κτισμάτων ὑπὸ τῶν κτισμάτων αὐ-
τοῦ, ὑπὸ τῶν δούλων ὑπὲρ αὐτῶν ὁ Δεσπότης, ὑπὲρ
ἀπίστων ἐχθίστων γεγενημένων αὐτῷ, ἑκοντὶ μα-
κρυνθέντων, τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ δουλευσάντων, αὐτὸν
375 ἠγνοηκότων τὸν κτίστην, μὴ μεταγνόντων, μὴ
ζητησάντων, μὴ προσδραμόντων, ἀποπηδώντων δὲ
μᾶλλον, διωκόντων, βλασφημούντων καὶ θανατούν-
των, ἑαυτὸν ὁ ἀγαθὸς δέδωκεν, ἔπαθε, τέθνηκεν,
ἀνέστη, καὶ ἡμᾶς συνήγειρεν, ἀνελήφθη, καὶ ἡμᾶς
συνανύψωσε· καὶ τέλος τίθητιν ἑαυτὸν ἀεὶ δι' ἡμᾶς,

De cætero diligentissime inquirere debemus cujus A
simus ministri, et cujus operis administri, et cujus
imaginem typumque geramus. Dei namque sumus
ministri qui creavit omnia, qui omnia fecit bona et
ita illa esse in æternum voluntatem habet: qui crea-
turas quasdam, præsertim homines, cum in malum
voluntarie inciderint, iterum ad bonum esse vult
restitui: et hoc procurat per sacerdotes. Maximi
vere operis administri sumus, quo terrestria cœle-
stibus miscentur, et odium solvitur, et Deus homi-
nibus reconciliatur, et omnis error confringitur,
et potestas dæmonum eradicatur, disperditur, et
homines cum angelis consociantur, et filii facti sunt
Dei et dei ipsi per gratiam; operis ejus opifices,
ministri, œconomi, sacri antistites invenimur ineffa- B
biliter. Sacrum et maximum divinumque typum
gerimus unusquisque secundum dignitatem. Epi-
scopus enim imago est Dei, et post ipsum presby-
ter, quia sacrificia offert. Aliis vero charismatibus,
episcopus imago est Patris luminum [a] a quo omne
datum optimum et omne donum perfectum [a], et
propter hoc fidelium est illuminator. Presbyter au-
tem ordinum sublimiorum typum habet, et lumen
alterum, et distributor donorum et mysteriorum
operator, et propter hoc perfecte initiatus dicitur.
Diaconus autem est in tertio ordine, Angelorum
qui Deo ministrant typum gerens, quos perpetuo
mittit ad eos qui volunt hæreditare salutem; et
propter hoc præco, custos et minister est. Omnes
sunt Deo assistentes, unius victimæ spectatores, C
cujus sunt communicantes, concorporales, et con-
glorificati, et aliis distributores gratia Dei, quam-
vis hoc primo et secundo gradu fiat, juxta regulam
unicuique datam cœlitus.

Consideremus ergo Jesum. Deus est verus, ipse
est ex eo qui est, Intelligentiæ increatæ Verbum,
Patris altissimi Filius, ejus a quo sunt omnia, Sa-
pientia, Virtus et Verbum; per quem omnia, om-
nipotens Dominus, immaterialis, invisibilis, ineffa-
bilis, incomprehensibilis, immensus, incircumscrip-
tus, impalpabilis, immortalis; quid denique pro
nobis factus est? Homo, visibilis, circumscriptus,
passibilis, mortalis, pauper, peregrinus, contem-
ptibilis, venditus, condemnatus, injuriatus, illusus,
flagellatus, crucifixus. Hæc pro nobis pertulit. Quid D
divinius? quid aptius majoris bonitatis testimonium?
Quid magis conferre potest ad revelandum abys-
sum misericordiæ? ad manifestandam humilitatem
Dei? Creator factus creatura, opifex factus opus,
et pro creaturis a suis passus plurima creaturis:
pro servis ab ipsis servis Dominus abjectus; pro
infidelibus ipsi factis infensissimis, a longe sponte
recedentibus, inimico ejus adversarioque servien-
tibus; ipsum nolentibus agnoscere Creatorem suum,
impœnitentibus, illum quærere nolentibus, nec illi
accurrentibus, sed potius fugientibus; ejicientibus
eum, blasphemantibus et trucidantibus seipsum ipse

[a] Jac. I, 17.

Digitized by Google

Bonus tradidit, passus est, mortuus est, resurrexit et nos secum excitavit e somno; ascendit in cœlum et nos secum elevavit, et denique se ipsum posuit propter nos in æternum! Nos sibi miscet et concorporat: et membrum sui ipsius facit et manere semper in nobis exoptat, et hoc jubet et omni conamine satagit ut fiat. Quid pro his referamus? Quot et quantas mortes pro ipso deberemus sufferre si contigerit? sed semper de istis debitores erimus, nec unquam debita rependere valentes. De cætero quando ad eum accedimus, opera et verba humilitatis loquimur et exercemus; humiliemur ergo in conspectu ejus qui nos humiliat et qui pro nobis humiliatus est. Contremiscamus cogitantes eum cui astamus: medius nobis astat Christus invisibilis in se, sed visibilis per sanctum panem corporis, per venerandum calicem sanguinis, quibus et passiones ejus repræsentantur: sacrificium, clavi, sanguis et mors. Trementes accedamus et astemus ei; cernimus enim eum absque velo; dividimus et manducamus, et de sanguine bibimus et gratia Dei nobis attributa aliis distribuimus. Tunc mirantur cherubim, stupent seraphim, tremunt omnes sanctissimæ virtutes, considerant ex alto, cum timore assistunt, et agnoscunt naturam propriam et debilem creaturæ. Et stupentes glorificant immensam Dei bonitatem. Nobiscum stant: circum altare precibus agminibus humiles et cum tremore manent, præstolantur zelantes inspicere sanctum mysterium, non enim otiose vaneque assistunt: illinc propriæ claritatis accipiunt radium et splendorem: indidem pariter luminis eorum flamma, ignisque eorum ardor, eorum vita, sapientia, consecratio. Si ergo ita assistunt isti nescientes corpoream densitatem, ignarique omnis passionis, quomodo assistere debemus nos qui sumus terra, pulvis, vermes? Quomodo nosmetipsos servabimus ad tantum Dei opus? Satagentes custodire nos in omni timore et in omni desiderio in accedendo et in tali negotio ministrando. Cum autem illud tantum negotium amor solus perfecerit, « Diligemus eum qui prior dilexit nos [9,10]. » Et ad ministerium amoris omni animæ virtute et potestate accedamus. Cum deinde amor nobis ostenderit tantum Deum humiliatum, opere humilitatis ei ministrabimus nos similes, affines humilitate et dilectione: cum denique vivens in humanis Deus nobis ostenderit non posse homines naturaliter absque Deo resurgere, qui seipsos voluntarie ad culpam tradiderunt et propter hoc ipsis necessaria fuit unio cum Deo, cogitemus semper quantum debiles facti simus, et perpetuo indigeamus auxilio Dei, et ad nullam absque illo assurgere possimus scientiam; dicit enim: « Sine me nihil potestis facere [11]. » Itaque et nos ipsi consociemus, et indivulse maneamus in illo. Malus amentia et superbia factus est apostata: nos cognitione et confessione miseriæ nostræ sa-

A καὶ συγκιρνᾷ, καὶ συμμίγνυσι, καὶ μέλη ποιεῖ ἑαυτοῦ. καὶ μένειν ἀχωρίστως ἐν ἡμῖν βούλεται, καὶ ἐφίεται τούτου, καὶ σπεύδει πρὸς τοῦτο. Τί προσοίσομεν ἀντὶ τούτων; πόσων θανάτων, εἰ ἐνεχώρει, καὶ ἀμερήτων ὀφειλέται τούτῳ τυγχάνομεν; καὶ ταῦτα χρεῶσται διαπαντὸς ὄντες, καὶ οὐδὲ τὰ χρέα ἀποτίσαι δυνάμενοι. Λοιπὸν ὁπότε κἂν παριστάμεθα τούτῳ, καὶ τὰ τῆς ταπεινώσεως ἔργα καὶ τοὺς λόγους λέγομέν τε καὶ πράττομεν, ταπεινωθῶμεν ὁρῶντες τὸν ταπεινωθέντα καὶ ταπεινούμενον· φρίξωμεν ἀγνοοῦντες αὐτὸν, ᾧ παριστάμεθα. Μέσος ἡμῶν πρόκειται καὶ ἀοράτως Χριστὸς καὶ ὁρατῶς τῷ θείῳ ἄρτῳ τοῦ σώματος, καὶ τῷ σεπτῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος· τὰ πάθη δεικνὺς ἑαυτοῦ, τὴν σφαγὴν, τοὺς ἥλους, τὸ αἷμα, τὸν θάνατον· τρόμῳ παριστῶμεν ἐγγίζοντες αὐτῷ, καὶ ἀμέσως τοῦτον ὁρῶντες, τέμνοντές τε καὶ ἐσθίοντες, καὶ πίνοντες ἐκ τοῦ αἵματος, καὶ ἑτέροις μεταδιδόντες κατὰ τὴν δοθεῖσαν χάριν ἡμῖν. Τότε θαυμάζει τὰ Χερουβὶμ, ἐξίσταται τὰ Σεράφιμ, πᾶσα θειοτάτη δύναμις πέφρικε καθορῶσα, καὶ δέει παρίσταται, καὶ τὴν οἰκείαν ἀσθενῆ φύσιν ὡς κτιστὴ καὶ ἀσθενὴς, καὶ ἐκπλήκτως δοξάζει τῆς τοῦ Θεοῦ τὸ ἄμετρον ἀγαθότητος· μεθ' ἡμῶν ἵστανται ταῦτα, κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου συστελλόμενα φόβῳ μέγα. Ἐπιθυμοῦσιν ἀτενίζειν τῷ μυστηρίῳ. Οὐ γὰρ ἀπράκτως παρίστανται. Ἐκεῖθεν τοῦ ἰδίου φάους δέχονται τὴν ἀκτῖνα. Αὐτόθεν γὰρ τοῦ φωτὸς αὐτῶν ἡ πηγὴ, ἡ τοῦ πυρὸς αὐτῶν θέρμη, ἡ ζωὴ, ἡ σοφία, ἡ μύησις. Εἰ τοίνυν οὗτοι οὕτω παρίστανται, οἱ ἔξω πάθους, οἱ πόῤῥω πάθους παντὸς, ὁ χοῦς ἡμεῖς, ὁ πηλὸς, ἡ σκώληξ, πῶς παραστάναι ὀφείλομεν; πῶς ἑτοιμάζειν ἑαυτοὺς πρὸς ἔργον Θεοῦ τηλικοῦτον; Ὅλῳ φόβῳ καὶ ὅλῳ πόθῳ προσέρχεσθαί τε καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοιούτῳ πράγματι ἑαυτοὺς ἑτοιμάσωμεν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἄλλο τι, ἢ ἀγάπη μόνον τετέλεκεν, ἀγαπήσωμεν αὐτὸν τὸν ἀγαπήσαντα πρῶτον ἡμᾶς, καὶ τῇ διακονίᾳ τῆς ἀγάπης, ὅλῃ σθένει ψυχῆς προσερχώμεθα. Ἐπείπερ ἀγάπη ταπεινωθέντα τοσοῦτον τὸν Θεὸν ἔδειξε, τῷ ἔργῳ τῆς ταπεινώσεως οἰκείους ἐν ταπεινώσει καὶ ἀγάπῃ ὑπηρετήσωμεν. Ἐπεὶ ἔδειξεν ἀνθρωπήσας ὁ Θεὸς, ὡς ἀδύνατον ἦν ἴδιά Θεοῦ τὴν βροτῶν ἀναστῆναι φύσιν, ἑαυτὴν ἐκουσίως ἐκδοῦσαν τῷ πτώματι, καὶ διὰ τοῦτο Θεοῦ ἐδεήθη ἑνώσεως ἄνθρωπος, ἑαυτοὺς καὶ ἡμεῖς ὡς πεφύκαμεν ἀσθενεῖς ἀεὶ λογιζόμεθα, καὶ δεηθῶμεν ἀεὶ Θεοῦ βοηθείας, καὶ μηδὲν χωρὶς αὐτοῦ πάντοτε ἐννοῶμεν, ὅτι καὶ, « Χωρὶς ἐμοῦ, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν, » ἔφη· ἵνα καὶ ἐνοῶμεν αὐτῷ, καὶ ἀχωρίστως συνῶμεν. Εἰ ἀποστάτης ὁ πονηρὸς τῇ ὑπερφυσει καὶ ἀφωνοίᾳ γεγένηται, τῇ ἐπιγνώσει τῆς πτωχείας ἡμῶν, ἡμεῖς, οἰκειωθῶμεν τῷ Κτίσαντι. « Ὁ ταπεινῶν γὰρ, φησὶν, ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. » Εἰ ὑπὲρ πάντων ἐδέησεν ἑαυτὸν ὁ Δεσπότης, καὶ πᾶσι τοῖς χρῄζουσι τὰ πάντα ἐγένετο, ἑαυτοὺς ἡμεῖς αὐτῷ δῶμεν, ἵνα καὶ τῶν αὐτοῦ παθῶν γενώμεθα μέτοχοι. Διακονήσωμεν αὐτοῦ τῷ ἔργῳ

[9,10] I Joan. iv, 19. [11] Joan. xv, 5.

Digitized by Google

προθύμως, καὶ εἰ δυνατὸν καθ' ἑκάστην τὴν φρικτὴν αὐτῷ θυσίαν προσφέρωμεν. Ἐπιθυμητὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο. « Ἐπιθυμίᾳ, φησὶν, ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. » Καὶ διηνεκῶς τοῦτο ζητεῖ. « Οὐ Ποιήσατε γὰρ, ἔφη, ἀλλὰ « Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, » τουτέστι διηνεκῶς. Καὶ τί ἄλλο μεῖζον ἔργον ἂν εἴη τοῦ ἔργου τούτου; ὅπερ ἐστὶ Χριστοῦ ἡ ἀνάμνησις, τὸ σφαγῆναι τοῦτον ὑπὲρ ἡμῶν καὶ διηνεκῶς θύεσθαι. « Τοῦτο γάρ ἐστιν, ἔφη, τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, » τουτέστιν ἀεί· « Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, » οὐχ ἅπαξ ἐκχυθὲν, ἀλλὰ πάντοτε δηλονότι. Οὐδὲν ἄρα **376** ταύτης τῆς θυσίας ἐπωφελέστερον ἡμῖν καὶ Θεῷ προσφιλέστερον. Ὅτι καὶ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἀνακαίνισις, καὶ τούτου κοινωνία μεθ' ἡμῶν, καθὼς καὶ σαρκωθεὶς ἔδειξε, καὶ μέλλων πάσχειν, ἠξίωτο τοῦτο. « Ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς, » φησίν. Ὅτι δὲ διὰ τούτου ἓν γινόμεθα μετ' αὐτοῦ, αὐτὸς μαρτυρεῖ. « Ὁ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. »

miliare Dei lucrabimur consortium. Dictum est enim : « Qui se humiliat exaltabitur [13]. » Pro omnibus seipsum tradidit Dominus, et omnibus profecua fuerunt quæ fecit : ipsi nos donemus ut vicissim bonorum ejus habeamus participationem. Hoc opere ejus zelanter fungemur ministrantes, et si fieri potest, quotidie sacrificium tremendum offeremus ei; illud ipse vehementer exoptat, dicens : « Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum [14]. » Et illud perpetuo postulat : non dicit enim : Facietis, sed : « Hoc facite in meam commemorationem [15], » hoc est, perpetuo. Quodnam est aliud opus isto opere majus? quod est Christi commemoratio, illum nempe pro nobis sacrificari et perpetuo offerri : « Hoc est enim corpus meum quod pro vobis traditur [16]; » hoc est, semper. Et : « Hic est sanguis meus qui pro vobis funditur [16]. » Non semel effusus est, sed hodieque et semper funditur, evidenter. Nihil est autem et nobis magis proficuum et Deo magis glorificum, quia hoc est opus ejus dilectum et humanitatis renovatio, et ejus nobiscum communicatio, ut ostendit incarnatus, et mox passurus apertius innuit dicens : « Ut sint unum sicut nos [17]. » Nos autem hoc opere unum fieri cum ipso, ipse testatur cum ait : « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo [18]. »

Ὑπὲρ πᾶσαν τοίνυν προσευχήν τε καὶ αἴνεσιν, τούτου ἐπιμελητέον τοῦ ἔργου· ὅτι καὶ διὰ τοῦτο πᾶσα προσευχή. Καὶ τὸ πλέον τῶν ἡμερῶν τῆς ἡμετέρας ζωῆς τοῦτο ποιῶμεν. Ὅτι καὶ τοῦτο περὶ τούτου λογίζεσθαι χρεὼν, εἰ ἐνεργὰ τὰ θεῖα πάντα ἔργα τε καὶ λόγοι οἱ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὐδὲν ἀργὸν μετὰ τὸ γενέσθαι ποτέ. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁρῶμεν πάντων κτισμάτων ἐνεργῶν ὄντων ἀεὶ, οὐρανοῦ τε λέγω κινουμένου ἀεὶ, καὶ γῆς βλαστανούσης καὶ τῶν ἐν τῷ μέσῳ διενεργούντων ἑκάστου τὸ ἴδιον· πολλῷ μᾶλλον ἐνεργὸς ὀφείλει τυγχάνειν ὁ πρὸς τὸ ἔργον τοῦτο τὸ θειότατον καὶ μέγιστον καταστάς. Καὶ εἰ τὰ αἰσθητὰ πάντα ἀκαμάτως ἐνεργεῖ, καὶ ὁ μικρὸς κόσμος οὗτος καὶ μέγας ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο δείκνυσιν, ἐνεργὸς ἀεὶ τελῶν, τῷ αἰσθητῷ μὲν τοῖς αἰσθητοῖς, τρεφόμενος, αὐξανόμενος, ἀλλοιούμενος, τῷ νοητῷ δὲ, τοῖς νοητοῖς, ἀεὶ τῷ νῷ καὶ τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς ἐνεργῶν καὶ κινούμενος, ὡς ἐντεῦθεν ἐκ τῆς τοῦ ἀνθρωπίνου νοὸς κινήσεως καὶ τὰς νοερὰς καὶ θείας δυνάμεις ἀεικινήτους εἶναι λογίζεσθαι. Πῶς ἄρα τὸ μέγιστον ἔργον τῆς μεγάλης ταύτης διακονίας τοῦ Θεοῦ, τὸ ὑπὲρ πάσης κτίσεως, δι' οὗ εἰς τὸ εὖ εἶναι τὰ ὄντα χειραγωγεῖται, Θεῷ ἑνούμενα, καὶ θεῖα γινόμενα, καὶ μᾶλλον τὰ λογικὰ, καὶ ἄνθρωποι πρὸ πάντων τεθνηκότες καὶ ζῶντες, ἀργὸν ἔσται ποτὲ διὰ τῆς ῥᾳθυμίας, ἢ καὶ δοκούσης εὐλαβείας τῶν ἱερέων; Οὐκ ἔστι τῆς τῶν μυστηρίων ἱερουργίας ἡ ἀργία εὐλάβεια, οὐκ ἔστι, κώλυμα δὲ μᾶλλον τῆς σωτηρίου θυσίας καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας. Εἰ οὖν μὴ τὸ κωλύον πρὸς τὸ ἱερουργεῖν ἐστιν, ἡ σωτήριος θυσία διηνεκῶς ἐνεργείσθω. Ὄργανον ἱερὸν ὁ ἱερεὺς ἀπεδείχθη· μὴ ἀργὸν μενέτω. Δώσει γὰρ λόγον, ὡς λογίζομαι, τῆς ἀργίας· ὡς καὶ ὁ θεῖός φησι Βασί-

Super omnem ergo precem et laudem hujus operis ratio curanda est, quia propter ipsum et per ipsum omnis oratio. Et præcipuum dierum omnium vitæ nostræ negotium hoc faciamus; quia et hoc de illo dicendum : Si opera sermonesque quæ in orbe aguntur suam a Deo vim habent actionis, et nullum otiosum est postquam creatum est. Illud autem est evidens ex hoc quod videmus omnia creata operatione constanti exerceri, cœlum inquam semper moveri, et terram frondibus virere et quæ in illa sunt unumquodque quod ipsi proprium est agere : multo magis operantem deprehendere oportet quem Deus constituit super opus sanctissimum et maximum. Et si sensibilia omnia sine intermissione agunt, hic parvus et simul magnus mundus qui est homo, illud in se demonstrat, agens perfecte absque requie, sensibiliter utpote sensibilibus similis, nutritus alimentis, et crescens, et successive mutatus : intellectualiter autem secundum quod habet cum intelligentiis similitudinem, continuo intellectu et ratione animæ suæ agens et movens : ex motione spiritus humani intelligendum perpetuo moveri agique et agere intellectuales et divinas omnes virtutes. Quomodo igitur maximum opus hujus magni ministerii Dei, quod est pro omni creatione, per quod ad bonum quasi manuducuntur quæ sunt, Deo conjuncta, et divina facta, maxime quæ jam ratione donantur, et præ omnibus homines mortui et vivi, quomodo, inquam, opus hoc otiosum maneret aliqua negligentia, quæ pietas in sacerdotibus judicaretur? Non est enim pietas negligentia in celebrando mysteria; imo est impedimentum potius sacrificii salutaris, et ejus quæ est ex eo utilitatis.

[13] Matth. XXIII, 12. [14] Luc. XXII, 15. [15] Luc. XXII, 19. [16] Ibid. 19. [17] Ibid. 20. [17] Joan. XVII, 11. [18] Joan. VI, 57.

Digitized by Google

